



Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibus Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Commentaria in Cap. Non dicatis XII. Q.I.C. Monachi: & Cap. Cum ad Monasterium. de statu Monachorum. In 4. partes divisa, quibus enucleatè de paupertate Religiosâ agitur

urn:nbn:de:hbz:466:1-38601



VENERABILIS PATRIS
THOMÆ à JESU,
CARMELITÆ DISCALCEATI,
COMMENTARIA

In Cap. *Non dicatis* XII. Q. 1. C. *Monachi*,
Et Cap. *Cum ad Monasterium*.

DE STATU MONACHORUM.

In quibus de natura voti Paupertatis, de proprietate abdi-
canda, de licentia Superiorum prærequisita, de vita com-
muni, ac denique de Paupertate in communi, tam ex
antiquorum Patrum, quàm aliorum Docto-
rum sententia agitur.

P R Æ A M B V L A
T R A C T A T U S
D E V O T O
P A U P E R T A T I S.

TEXT. In Cap. *Non dicatis* XII. *Quæst. 1.*



Non dicatis aliquid proprium: sed sint vobis omnia communia
&c. & distribuatur unicuique vestrum à Præposito ve-
stro victus, & regumentum, non æqualiter omnibus,
quia non æqualiter valetis omnes, sed potius unicuique,
prout cuique opus fuerit. Sic enim legitis in Actibus Apo-
stolorum: Quia erant illis omnia communia, & distri-
buebatur unicuique, prout cuique opus erat &c.

Et infra: Quicumque autem in tantum progressus fuerit
malum, ut occulte litteras ab aliquo, vel quolibet munus acci-
piat, si hoc ultro confiteatur, parcatur illi, & oretur pro illo. Si autem deprehenditur
atque convincitur, secundum arbitrium Presbyteri, vel Præpositi gravius emendetur.

Et infra: Cum huius nostræ Congregationis Fratres non solum facultatibus, sed vo-
luntatibus proprijs in ipsa Ordinis susceptione renuntiaverint, & se per promissam obe-
dientiam penitus aliorum potestati, & imperijs in Christo, & pro Christo subdiderint:
certum est eos nihil habere, possidere, dare, vel accipere sine Superioris licentia debere.
Quòd si propinquus vel amicum, vel quilibet Fratrum cuiquam aliquid offerre voluerit;

à JESU
Spiri-
II
II

primò quidem Priori insinuetur, & sic suscipiatur, si ipse mandaverit. De quo tamen nihil fiat aliud, nisi quod Priori placuerit.

Et præterea. Consequens ergo est, ut etiam qui suis filiis, aut aliqua necessitudine ad se pertinentibus in monasterio constitutis aliquam contulerit vellem, sive quodlibet aliud inter necessaria deputandum, non occultè accipiat, sed sit in potestate Præpositi, ut in rem communem redactum, cui necessarium fuerit, præbeatur. Quòd si quis rem sibi collatam celaverit, furti iudicio condemnatur.

Verba in præsentis Cap. à Gratiano relata, omnia se è sunt Augustini, licet non eodem loco, eodemque contextu scripta. Desumpta enim sunt, ut in ipso Textu annotatur, ex tribus Augustini Regalis, variisque earum Capitibus. Et quamvis glossa in dicto Cap. *Non dicatur*, & alii Canonistæ cum Navarro, Commentario 2. de Regularibus in initio illa verba, *Cum hujus nostra Congregationis Fratres &c.* usque subdidissent, apud Augustinum asserant non inveniri, & ita existimant à Gratiano ex propria mente sub Augustini nomine addita fuisse immeritò tamen Gratianus simili nota muldatur, à qua facile eum vindicabimus, si Augustini mentem attentè perscrutemur.

Et in primis fateor, expressa illa verba, quæ hic à Gratiano adducuntur, in Augustino non legi: leguntur tamen similia, prædictorumque verborum mens, & sententia in prima Regula ab Augustino Clericis tradita, expressè inveniuntur. Ait igitur Augustinus ibi dicto Cap. 2. in hunc modum: *Si quis autem venire desiderat ad congregationem Fratrum, qui in unum esse videntur, non ignores Evangelij dictum, quod dixit: Vendat omnia sua, & erogat pauperibus, Matth. 19. & iterum Luc. 9. abneget semetipsum, & tollat Crucem suam, & sequatur me: & ne tractet in corde suo, de victu, aut vestitu, & ceteris qua necessaria sunt corpori. Hæc Augustinus: quibus satis expresse docet, professores monasticæ vitæ paupertatem, obedientiamque servare debere. Quod ex duobus prædictis Evangelij testimoniis confirmat. Unde paucis interjectis in eadem Regula ex his statim colligit Augustinus; quia certum est, Fratres nihil habere, possidere, dare vel accipere debere, sine Superioris licentia. Ecce quæ ratione Gratianus licet non eisdem verbis, sententiam tamen Augustini dicto Cap. inseruit, dum dixit: *Cum nostra Congregationis Fratres, non solum facultatibus, sed voluntatibus propriis renun-**

tiaverint, & se per promissam obedientiam penitus aliorum potestati, & imperijs in Christo, & pro Christo subdidissent: certum est eos nihil habere, possidere, dare, vel accipere, sine Superioris licentia debere.

Gratianus igitur tantum Augustini verba, non verò sententiam mutavit. Nam Augustinus ex duobus illis Evangelij locis, quorum alter de paupertate, alter verò de obedientia, docet, fratres nihil habere, dare, vel accipere posse. Gratianus verò expressius id adnotavit, dum dixit: *Cum nostra Congregationis Fratres non solum facultatibus, (quod sit per Vocum paupertatis) sed voluntatibus propriis (quod obedientiæ Voto præstatur) renuntiaverint, certum est &c.* ubi ex obedientiæ, & paupertatis Voto idem quod Augustinus collegit. Prætermisit verò Gratianus alia, quæ ex Augustini Regulis huic proposito potuisset adducere. Ex quibus duo possimum à nobis dicto Cap. inferuntur. Alterum illis verbis continetur: *Et distribuatur unicuique &c. usque opus erat.* Alterum verò in extrema Cap. parte à nobis additum est, nempe à vesticulo, Consequens ergo est, usque in finem. Quæ duo loca diversis litterarum characteribus adnotantur: conducunt verò non parum, ad plenam paupertatis Voti declarationem.

Placuit etiam nobis prædicto Cap. *Non dicatur*, alia duo Capita adjungere, simulque omnia exponere. Nempe Cap. *Monachi*, & Cap. *Cum ad monasterium*, de statu monach. Nam optimè Navarrus Commentario 2. de Regularibus n. 15. advertit, prædicti Cap. *Non dicatur*, fuisse veluti glossam dictum Cap. *Monachi*: hujus verò glossam esse Cap. *Cum ad Monasterium*. Omnium verò horum trium mentem sententiamque expressius declarasse Tridentinum Sess. 25. Cap. 2. de reformatione Regularium. Quare non abs re erit, horum Capit. verba referre, & Commentariis simul explicare, maxime verò in his, quæ ad materiam de Paupertate spectare videntur.

TEXT. In Cap. *Monachi*, de statu Monachorum.

MONACHI non pretio recipiantur in monasterio, nec peculium permittantur habere. (Et infra) Qui verò peculium habuerit, nisi ab Abbate fuerit ei pro injuncta administratione permittum, à communione removeatur altaris; & qui in extremis cum peculio inventus fuerit, & dignè non penituerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat sepulturam. Quod etiam de universis Religiosis præcipimus observari. Abbas autem qui diligenter ista non caverit, officij sui iacturam se noverit incursum.

TEXT.

TEXT. Ex Cap. *Cum ad monasterium*, infra eodem tit.

Cum ad monasterium Sublacens. & infra: Prohibemus districte in virtute obedientia, sub obsequio divini iudicii, ne quis monachorum proprium aliquo modo possideat: sed si quis aliquid habeat proprium, totum in continentia resignet. Si vero post hoc proprietatem aliquam deprehensus fuerit habere, regulari monitione premissa, de monasterio expellatur, nec recipiatur ulterius, nisi peniteat, secundum monasticam disciplinam. Quod si proprietatem apud quendam inventa fuerit in morte, ipsa cum eo in signum perditionis extra monasterium in sterquilino subterretur. Secundum quod B. Gregor. narrat in dialog. fecisse. Unde si quicquam alicui fuerit specialiter destinatum, non presumat illud accipere, sed Abbati, vel Priori, vel Cellario assignetur.

Et infra propè med. Tales enim ad agenda officia monasterij deputentur, qui fideles fuerint & discreti. Nec alicui committatur aliqua obedientia perpetuo possidenda, tanquam in sua sibi vita locetur, sed cum oportuerit amoveri, sine contradictione qualibet revocetur. & (in fine Text.) Nec astitimet Abbas, quod super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispensare; quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo est connexa Regulae monachali, ut contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere.

Hæc sunt, quæ in his Capitibus circa Religiosorum paupertatem præcipiuntur. Adiciam nunc Sacrosancti Concilii Tridentini decretum, non ut illud Commentariis explicem; sed potius, ut illo prædicta duo Capita explanare valeam.

Decretum Concilii Tridentini de Paupertatis Voto integerrimè servando. Sess. 25. Cap. 2.

Nemini igitur Regularium, tam virorum quam mulierum liceat bona immobilia, vel mobilia, cujuscumque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquisita, tanquam propria, aut etiam nomine Conventus possidere, vel tenere; sed statim ea Superiori tradantur, Conventuique incorporentur. Nec deinceps liceat Superioribus bona stabilia alicui Regularium concedere, etiam ad usum fructum, vel usum administrationem, vel commendam. Administratio autem bonorum monasteriorum seu Conventuum, ad solos officiales eorundem ad nutum Superiorum amovibiles pertineat. Mobilium verò usum ita Superiores permittant, ut eorum suppellex statui paupertatis, quam professi sunt, conveniat. Nihilque superflui in ea sit; nihil etiam quod sit necessarium, eis denegetur. Quod si quis aliter quidquam tenere deprehensus, aut convictus fuerit, is biennio activa & passiva voce privatus sit, atque etiam juxta suæ Regulae & Ordinis Constitutiones puniatur.

ORDO à nobis in horum Capitum expositione servandus.

EA quæ à nobis in his Commentariis tractanda sunt, majoris claritatis gratia, in quinque libros, Dividitur hoc sive partes dividuntur. *Priori parte*, prima principia & quasi elementa hujus tractationis præmittentur. Qualia sunt acceptiones, & naturæ terminorum, quibus passim in hac materia deinceps utemur. Hujusmodi sunt, *dominium, jus, proprium, peculium, usus fructus, & usus*; quibus præcognitis, quinque de paupertate ac de voto solenni, quod de ea servanda emittitur, ac tandem de vitio proprietatis, partes, & differemus. Ex quibus facile erit, verum sensum dicti Cap. *Non dicatis*, percipere. Deinde sequentibus Partibus prædictorum Capit. singulas conclusiones, sive sententias discutiemus, ita ut in *secunda parte* hujus operis, de proprietate abdicanda, de ejus gravitate, & de acquisitione bonorum, quæ per monachos monasterio accedit. In *Tertia* de variis Religiosorum actibus, in quibus proprietatis vitium contingere potest, & de licentia prærequisita ex parte Prælati, ut monachi sibi, vel aliis dispensent monasterii bona per singulos ejus actus discurrendo, dictum simus. In *quarta*, de distributione à Prælati faciendâ, & de concessione peculii, & qualiter subditi bonis sibi ad usum concessis uti debeant. Ac tandem, in *quinta parte* de paupertate in communi, hoc est, de monasteriis illis, quæ etiam ad possidendam bona in communi sunt incapacia (DEO dante) agemus. Quæ omnes disputationes in prædictis Capitibus proprium locum sibi vendicant.

Nam

Nam & prima, quæ veluti præambula est, ferè totum Cap. Non dicatis, & aliam complectitur, & sine illa haud intelligi possent. Secunda verò, quæ de actionibus sive speciebus proprietatis tractat, in illa priori parte Cap. Non dicatis, fundatur: Non dicatis vobis aliquid proprium. Et infra in verticulo: Certum est eos nihil habere, vel possidere, dare vel accipere. &c. & in Cap. Cum ad monasterium, ibi: Ne quis monachorum proprium aliquo modo possideat. Et sequentibus, maxime verò in fine Cap. ibi: Ne asstinet Abbas, quod super habenda proprietate possit cum monacho dispensare, usque in finem. Et in Cap. Monachi, ibi: Qui verò peculium habuerit, à communione renovetur altari &c. Et in verbis illis prædicti Cap. Concilii Tridentini, in principio ibi: tanquam propria, aut etiam nomine conventus possidere: & in fine ibi, Quod si quis aliter quidquam tenere deprehensus aut convictus fuerit &c.

Tertia verò pars sive disputatio, quæ de Prælati prærequisita licentia tractat, sedem habet in dicto Cap. Non dicatis, circa illa verba, Sine Superioris licentia debere: & infra circa illa: Primo quidem Priori insinuat, & sic suscipiatur, si ipse mandaverit, de quo tamen nihil fiat aliud, nisi quod Priori placuerit. Et in Cap. Monachi circa illa, Nisi ab abbate fuerit ei pro injuncta administratione permittum. Et in Cap. Cum ad monasterium, ibi, Unde si quicumque alicui fuerit specialiter destinatum, non presumat illud accipere; sed Abbati, vel Priori, vel Cellario assignetur. Et in Tridentino circa ea verba, Etiam quovis modo ab eis acquisita tanquam propria, aut etiam nomine conventus tenere, sed statim Superiori tradantur, junctis illis verbis infra, Mobilium verò usum ita Superiores permittant &c.

Quarta verò, quæ de distributione à Prælati faciendâ dissentit, elicienda est ex illis verbis dicti Cap. Non dicatis, Et distribuatur unicuique vestrum à proposito vestro victus, & regumentum &c. & infra ex illis: Sed sit in possessore propositi, ut in rem communem redactum, cui necessarium fuerit præbeat. Et in Cap. Cum ad monasterium, ibi, Ne alicui committatur aliqua obedientia perpetuo possidenda &c. Et maxime ex Tridentino, illis potissimum verbis, nec dinceps liceat Superioribus bona stabilia, ulque, denegare.

Ac tandem Quinta Pars, quæ est de paupertate in communi, non abs re fundatur in prioribus verbis dicti Cap. Non dicatis, nempe, Non dicatis vobis aliquid proprium, nec in particulari, nec in communi.

Hæc sunt, quæ nobis ansam offerunt, ac viam parant ad prædictas disputationes huic Tractationi inserendas. Curabimus vero deinde in vestibulo casualiumque partis verba prædictorum: Capitulum, in quibus illa disputatio fundatur, præfigere.

Horum Capitulum expositionem hoc ordine profæqui curabo, ut non omnino Canonistarum more hæc Commentaria allegationibus, ac contrariis hinc inde coacervatis repleam; quem scribendi stylium ut superfluum & perniciosum merito damnat Navarr. q. 3. de redd. monio. 17. asserens, satis esse unum vel alterum textum firmum, junctâ una vel altera ratione firmâ adducere. Nec etiam meros ac nudos Theologos imitabor, qui in moralibus disputationibus à sacris Canonibus sejani, aut fortè eorum obliiti, omnia pro suo arbitrio metiuntur, captivæque conjiciunt. Nec video, quæ fronte possit quis morales materias attingere, vel exacte tractare, qui vel sacrorum Canonum non sic peritus, aut in eis mediocriter versatus. Quare pro mea ingenii tenuitate hæc duo conabor conjungere, ut & hæc Tractatio à Theologis non sit aliena, & Canonum Professoribus sit quoque proficua.

PRIMA PARS

HVIVS OPERIS.

De Dominio, V usufructu, & Vsu, de Paupertatis Voto, ac vitio proprietatis ei opposito.

UT veram, & hæcenus ab aliis prætermittam declarationem ex dicto Cap. Non dicatis, eruamus, præmittenda sunt in hac priori disputatione nonnulla, quæ veluti fundamenta sunt, ex quibus cetera pendent. Primum, quid sit dominium, quid proprium, quid sit usufructus, & usus, & qua ratione inter se differant. Secundum, quid sit Paupertas, & in quo propriè paupertatis Votum consistat. Ac tandem de proprietatis vitio, ejusque gravitate, ac penis dicemus. Ex qua verus sensus illius Cap. Non dicatis, colligitur.

CAPVT I.

Quid sit Dominium, quid proprium, sive peculium, quid Vfusfructus, & Vfus.

§. PRIMVS.

De Dominio.

Reuiter hæc prosequimur, ne plus iusto in his, quæ materias alias concernunt, detineamur. Dominium igitur sic definitur: Est ius perfecte disponendi de re corporali, nisi lege prohibeatur. Hæc definitio adiuuenta fuit à Bart. in L. si quis vi, §. differunt, n. 4. ff. de acquirenda possessione. Quam amplectantur communiter Iurisperiti, Navarrus Commentario 1. de regularibus num. 12. eam approbat, & laudat, ut compendiosior, & cauiorem aliis, & Molina Tom. 1. de iustit. tract. 2. disput. 3. In qua definitione pro genere ponitur ius, quod commune est ad dominium & alias iuris species. Additur verò, perfecte disponendi de re, hoc est, omni modo & propria auctoritate disponendo de ea, in quemlibet usum, ad differentiam aliorum iurium, ut sunt ususfructus, & usus, quæ non continent tam integrum, & perfectum dominium.

Rejicitur etiam per istam particulam illud, quod quis concederet procuratori aut amico disponendi de re aliqua, quocumque modo vellet. Quia cum tunc illi non disponent de re propria auctoritate, non censentur habere ius perfecte disponendi de re, quod requiritur ad verum dominium. Addit Bart. particulam illam (corporali) quia solum (ut notauit Navarrus) de iure voluit dominium rei corporalis, cuius tantum proprie & strictè dominium dicitur esse, ut aduertit Molina ubi supra. Quamvis summo dominio latins, ut comprehendit utile, & directum, etiam est iurium incorporalium, ut beneficiorum, Cathedralæ &c. Quod quasi dominium proprius possit appellari.

Additur præterea, (nisi lege prohibeatur) ut denoteretur, quando iura prohibent, vel impediunt alicui, ne ius quod habet in actum prodeat, aut si prodierit, ne factum teneat, tunc non auferre dominium ab illo, qui tale ius habet. Quare etiam si leges prohibeant, ne pupillos, vel amicos disponant de re; tamen verè sunt domini, ut rectè probant Molina, & Navarrus ubi supra, & ex multis de possessore majoratus, quod verè sit Dominus non obstantè prohibitione sua bona alienandi, cum Pinello, Covarruvia, Molina de primogeniis, Antonio Gomez, & plerisque aliis tenent prædictus Molina ubi supra.

Dominium est duplex: aliud est directum, aliud verò utile. Dominium proprietatis sine ususfructu, appellant dominium directum: Ususfructum verò sine proprietate, appellant dominium utile. Suppono enim nunc ex vulgatissimis iuris principiis, posse quem esse Dominum proprietatis sine substantiæ rei, sine hoc, quod fructus ejus ad ipsum pertineat; & posse quem percipere fructus sine proprietate, & sic autem, & eisdem rei potest proprietatis ad unum pertinere, & ad alium ususfructus.

Illud etiam animaduertere oportet, nomine Subdomini aut proprietatis intelligi etiam quasi dominium, vel quasi proprietatem. Nam, ut bene aduertit Glossa in C. conquestus, de for. compet. dominium, vel proprietatis dicitur respectu rerum corporalium; quasi dominium verò, vel quasi proprietatis dicitur respectu rerum incorporalium, cuiusmodi est beneficium Ecclesiasticum, jus nominandi, designandi, eligendi, confirmandi, & alia hujus generis, in quibus etiam proprietatis à possessione distinguitur, ut expressè habetur de jurisdictione in Cap. Licet causam, de probas. & de iure eligendi, Cap. cum Ecclesiam de causa poss. & in aliis etiam iuribus.

Sed antequam explicemus, quid sit ususfructus, oportet ut declarem, quid sit titulus dominii, aut iuris, & breuiter cum Molina, ubi supra disput. 4. resoluo, titulum dominii aut iuris esse radicem ac originem, ex qua dominium, aut jus oritur. Verbi gratia, titulus dominii, aut iuris in aliquod Regnum, est quempiam esse legitime electum in Regem, aut per carnalem propagationem à legitimo Rege originem trahere. Similiter emptio, permutatio, vel donatio, vel esse aliquid relictum in testamento, aut legitime succedere defuncto ab intestato, est titulus dominii, aut iuris earum rerum, quæ his viis nobis acquiritur, quamvis ad comparandum dominium aut ius in re, præter titulum, necessaria sit veluti conditio sine qua non, traditio & apprehensio rei, ut constat ex L. traditionibus Cap. de pactis 3. & resoluta de Covarruvia 2. variarum resolutionum Cap. 19. n. 1. Id igitur (ut nunc more dialecticorum loquar) quod est ratio fundandi dominium, aut ius, tanquam illius radix & origo est, quod nunc appellamus titulum dominii, aut iuris.

§. II.

De Vfusfructu.

Ususfructus est ius utendi, & fruendi alienare, vid. modo salva illius substantia, ut constat ex L. 1. ff. de usufructu. Et iust. eodem titulo in princip. Quare qui ejusmodi ius habet, usufructuarius, sive usufructuarius dicitur. De quo videndi sunt Summistæ, qui loquuntur verbo usufructus; Navarrus Comment. 1. de Regularibus n. 13. & lastè Molina de iustitia & iure tract. 2. disp. 7. In diffinitione igitur per particulam utendi & fruendi, rejicitur à ratione ususfructus, usufructuarius, qui tantum habet usum rei, quia usufructuarius non solum habet ius ad integre utendum bonis omnibus, in quibus usufructus est constitutus, sed etiam ad percipiendos omnes eorum fructus, ita ut eo ipso, quo illos percipit, habeat verum eorum dominium, quod non habet usufructuarius, ut infra dicemus.

Deinde additur, salva substantia, quia usufructuarius teneatur uti re, non consumendo ejus substantiam, sed tantum percipiendo fructus, quo colliges, quod usufructus (si proprie loquamur) tantum est in rebus, quæ uti non consumuntur, ut patet ex §. Constituitur, Insti. de usufructu, quamvis improprie possit esse etiam in usu consumpibilibus, ut declarat Molina, ubi supra.

§. III.

Legend. n. 1. An. drea à Matre Dei Tom. 3. Curl. moral. Salmantic. Tract. 12. Cap. 2. de Dominio & possessione, punct. 1. & 2.

Dominij in directum & utile divisio.

IESU Spirit. II

§. III.

De Vfu.

DE Vfu verò, quia is in Religiosis etiam reperitur, aliquantulum latius dicemus, si prius supponamus ex D. Bonaventura in *Cap. 6. Reg. B. Francis*, & ex Corduba eodem *Cap. 1. & Samma 9. 54. Navarro in Tract. de redd. Ecc. 9. 1. monito 33 Cap. cui portio n. 15 & Cap. non dicitur n. 3. & n. 14. & conf. 14. de Regul. n. 5.* quod duplex est usus: alius est facti, qui dicitur *verus*, & naturalis usus, & quaedam detentio, possessio, sive administratio, quam aliqui vocant *afinariam*, quam etiam ipsa pecora habent in suis stramentis, aut cibaribus. Huiusmodi est, quæ servis competit, quæ sibi, & suo nomine nullius rei possessionem juris habere possunt, etiam eorum, quæ manducant & quibus vestiuntur.

Usus est duplex; alius facti, alius iuris, in quo consistant exponitur.

Definitio usus juris.

Alius est *usus juris*, qui nihil aliud est quam *ius dumtaxat utendi aliena re, salva illius substantia, ut constat ex insit. de usu, & habitatione per totum.* Quæ divisio, ut melius percipiatur, hac ratione explicatur. Usus facti nihil aliud est, quam actus utendi naturalis, quo utimur aliqua re. Quæ ratione equitatio dicitur *usus equi*, & habitatio *usus domus*. Usus verò juris præter ipsum factum includit jus ad utendum aliqua re, quod permanet cessante actu utendi. Versatur hoc discrimen inter habentes alteram horum utramque. Nam qui habet usum juris, licet non possit donare, vendere, locare, &c. habet tamen jus ad utendum re in suos usus. Qui vero habet tantum usum facti, non habet jus ad utendum, sed tantum habet factum: ita docent Authores supra adducti, & Navarrus *Comment. 1. de Regularibus, n. 14.*

Discrimen inter utramque usum.

In definitione igitur illa, nempe *usus est ius dumtaxat utendi aliena re* &c. definitur usus juris, in qua per particulam, *utendi*, rejiciuntur aliqua jura, quæ non sunt ad utendum, ut jus deponarum in comparatione depositi, & creditoris in comparatione pignori; per particulam, *dumtaxat*, rejicitur usufructus, qui non tantum est ad utendum, sed etiam ad fruendum re aliena.

Additur præterea, *re aliena*, quia in hac definitione non comprehenditur jus, quod Dominus rei habet, ad utendum ea, quod cum ipso dominio est conjunctum. Solet enim hic *usus casualis* dici, quia casualiter ex ipso dominio, estque illi annexus. Usus verò, qui hic definitur, dicitur *usus formalis*, quia ex se est separatus à dominio. Ponitur præterea, *salva substantia*, quoniam usus, quo substantia consumitur, aut alienatur, non est verè, & propriè usus, & sic non definitur hac definitione, sed tantum usus, qui est separatus à dominio, & solet dici *usus nudus* sive *simplex rei*, ut constat ex l. 1. ff. de usu, & habitatione, & ex Extravag. Ad conditorem, de verborum significat.

Usus casualis, & usus formalis de scriptio.

Usus & usufructus distinguuntur.

Differunt præterea *usus*, & *usufructus*, quia qui jus habet utendi, (verbi gratia fundo alieno) solum habet jus sumendi poma, olera, flores, & ligna ad usum quotidianum; non tamen potest donare, aut vendere quidquam horum alteri, nec locare, permutare, aut concedere alteri jus ad ea emolumenta percipienda, quæ ipse usufructarius percipit, ut constat ex toto tit. *insit. de usu, & habitatione*, & ex Extravag. ad conditorem, & de verborum significat. Usufructuarius

verò hæc omnia potest, ut patet ex his, quæ supra de usufructu diximus.

Sed dices, an in omnibus rebus possit reperiri usus formalis, qui est separatus ab ipso dominio? pro solutione observa, quod res quibus utimur, sunt in duplici differentia: alie sunt, quarum actu usus non est earum consumptio, ut domus, fundus, & omnes alie res, quæ licet frequenti usu consumantur, non tamen consumuntur unico actu usus; & istæ dicuntur res, quæ usu non consumuntur. Alie verò sunt, quarum actu usus & perfectus usus non potest esse sine illarum consumptione, ut cibus, cujus usus est consumptio; vel pecunia, cujus usus consistit in distractione & translatione ad alium dominum: & istæ res dicuntur usu consumptibiles. De his igitur est difficultas, an possit separari usus ab earum dominio: nam qui eis utitur, necessario debet consumere, vel destruere earum substantiam, quod non potest pertinere nisi ad verum dominum.

Secundò observandum est, quod jus sive facultas ad quemcumque usum est duplex: alia est absoluta, & independens ab alia, quæ is est illa quam habet verus dominus cuicumque rei, qui ratione domini potest uti ea in quemlibet usum. Alia est facultas quasi conditionata, & dependens à voluntate veri domini ipsius rei, qualis est illa, quam habet amicus, vel procurator ad disponendum de re, ut sibi placuerit, ita tamen, ut possit tolli vel limitari per verum dominum, concedentem illam cum tali conditione, & dependentia. Hac distinctione utuntur aliqui moderni, quæ desumpta est expresse ex D. Bonaventura in *Cap. 6. in Expositione Reg. B. Francis*, ubi in responsione ad quintam objectionem sic ait: *Duplex est usus rerum: quidam enim utuntur rebus autoritate propria, ut domini: quidam aliena, ut servi: in usu ergo illorum, qui autoritate propria utuntur rebus, in his usus non differt à dominio; in usu autem aliorum differt. Quare fratres Minoris utuntur rebus, quæ usu consumuntur: nos tamen ea dominamur.*

Ex qua doctrina facile dubitatio solvitur: nam usus absolutus, & independens erit consumptibilis (quatenus consumptibiles sunt) nullatenus distinguitur à dominio; sed est ipsa essentialis ratio domini. Ita D. Thom. 2. 2. q. 72. art. 1. ubi ideo negat posse sumi pretium distinctum pro usu harum rerum ab eo, quod pro te ipsa sumitur. Quia (inquit) *in rebus usu consumptibilibus non debet seorsim computari usus rei ab ipsa re.* Et est communis sententia Summistarum.

Quæ doctrina sumpta est ex Nicolao III. in *Cap. Exiit, de verborum significat. in 6.* & est expressa sententia Joan. XXII. in dicta Extravag. Ad conditorem eodem tit. dicens, quod repugnat juri, & rationi dicere, quod in istis rebus distinguatur dominium ab usu. Juri (inquam repugnat) quia in l. 3. & toto tit. ff. de usufructu rerum, quæ usu consumuntur, & insit. eodem tit. §. Constituitur, habetur, quod usufructus non potest constitui in rebus consumptibilibus; quia in eis dominium seungi nequit ab usu, quod de hoc solum usu absoluto intelligi debet. Rationi verò obviat, quia (ut supra definitivimus) dominium consistit in facultate utendi re ad consumptionem, vel destructionem, vel quolibet alio modo; ergo impossibile est hanc facultatem sive jus utendi in rebus consumptibilibus separari à dominio.

§. Usus

Vid. de his loc. supra cit. P. An. d. r. e. m.

3. Usus vero quasi conditionatus, & dependens à voluntate alterius, nec in rebus consumptibilibus, nec in aliis habet rationem dominii. Atque adeo potest separari à dominio, & de facto multoties separatur. Ut patet in exemplo adducto Procuratoris, amici, & convivæ, qui sine ullo dominio in rebus, quæ sibi ad edendum apponuntur, eis utitur in ordine ad consumptionem; interim dum ea est voluntas illius, qui eum ad prandium invitavit. Et hic usus praticatur in omnibus Religionibus, in quibus (ut omnes consentunt) privati Religiosi non habent dominium rerum, quas usu consumunt. Nam incapaces omnino sunt veri dominii: sed dominium istud est in ipsa Communitate, vel penes Summum Pontificem; Religiosi vero ex voluntate tacita, vel expressa Prælatorum res illas consumunt, dependentes tamen à Prælato, ita ut facultas illa possit per Prælatum revocari. Ergo in rebus usu consumptibilibus potest esse facultas, & jus ad consumptionem, sine dominio.

Et ratione probatur ex dictis, quia dominium est jus absolutum, & ad utendum re, propria auctoritate; quale non habet, qui tantum habet jus conditionatum, & dependens ab alio. Et confirmatur: quia si posteaquam quis concessit alteri ejusmodi usum, illum revocet; nullam injuriam irrogat illi. Cum tamen usufructuario absoluto injuria fieret, si dominus rerum, quarum sunt usufructarii, aut usufructuarii, prohiberet eos ab eorum rerum usu, aut fructuatione. Imò si post hanc revocationem alter uteretur re, injustè faceret. Ergo hujusmodi usus non est dominium, neque tale dominium manet apud eum, qui talem usum habet, sed apud alium, qui illum concessit. Quia nullus potest sine injuria proprietatem alicujus rei ab alio tollere; ergo si concedens hujusmodi usum potest illum tollere, ille qui utitur, non est proprietarius.

Si ininterrogas, an iste usus conditionatus sit verè jus? Resp. quod hic usus non est species juris, cum non sit jus simpliciter & absolute ad utendum re, tanquam causa principalis; sed potius, est licentia ad actum utendi, dependens ab eo, qui eam concessit. Quare in hoc tantum sensu dici potest facultas ad usum & instrumentum juris alterius, ad utendum re. Quid ergo, si non est usus, hæc facultas dicitur? Resp. Primo eam appellari à Corduba qu. 1. in Cap. 6. puncto 2. sue Reg. fas utendi. Et ut constat ex Cap. omnes leges, distinkt. 1. fas non est jus. Secundo, alii dicunt, hæc facultatem appellari usum facti, non quod sit nudum factum sine jure ad illud; sed quia est jus tenuissimum ad factum, utpote instrumentale, & dependens à voluntate dominorum.

Ex dictis resolvi debet celebris illa difficultas, utrum Fratres Minores dominium habeant aliquod rerum: an verò solum usum? & quod negotium facessit in hac re, est extrema, imò contraria, Pontificum sententia. Nam Nicolaus III. Cap. Exiit, de verborum significatione in 6. Clemens V. in Clementina Exivi, eodem titulo, & alii Pontifices approbaverunt & declaraverunt, Fratres Minores habere tantum usum facti, & quod dominium earum rerum esse, vel apud eam elemosynam, vel apud Summum Pontificem. Joannes verò XXII. in Extravag. Ad conditionem Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

rem, & duabus sequentibus probare contendit, in rebus, quæ usu consumuntur. Minores non solum usum, sed dominium habere. Quia, ut asserit ille, in his dominium nequit ab usu separari. Quorum sententiæ facillè in concordiam rediguntur, si usum prædicto modo distinguamus in absolutum, & conditionatum. Nam priore sententia loquitur de usu conditionato, quem habent Fratres Minores dependentes à Summo Pontifice; Secunda verò de usu absoluto, quamvis de Joanne XXII. sentiendum sit, non fuisse loquutum ut Pontificem; sed ut doctorem. Cujus objectiones cessant cum adducta distinctione de usu sive facultate ad utendum, conditionata, vel absoluta, ut supra ex mente Divi Bonaventuræ resolvimus.

§. IV.

Quid sit proprium, & de multiplici ejus acceptione.

Proprium aliter apud Philosophos, sive Dialecticos, aliter verò apud Jurisprudentiæ professores accipitur. Illi (ut videre est apud Porphyrium Cap. 4. prædicabilem) quatuor modis usurpant, qui ad præsens institutum parum conducunt. Hi verò proprium, idem quod suum appellant, ut constat ex l. divus, §. si autem, ibi proprio lino, propriaque cera consignare, ff. de officio Præsidis. Et hac significatione invenies aperte usurpatum in Cap. redintegranda 3. q. 1. ibi enim proprias substantias, id est, suas exponit Pontifex. Secundo accipitur prout opponitur alieno, ut constat ex l. eos qui §. si autem iudicio propriam qui fuerit causam prosequutus, juncto ver. l. s. verò, qui alienum tueri iudicium. Cap. de appellationibus. Sumitur etiam proprium prout opponitur termino illi, commune sive promiscuum. Cicero in Catone majori: At id quidem non proprium senectutis est vitium; sed commune valetudinis. Et clare hac significatione reperies acceptum l. ut tantum ver. servus communis ff. de servis corruptis, ibi: Si servus communis meus & tuus proprium meum servum corruerit &c. & in Cap. Non dicatù, dum dicitur: Non dicatù vobis aliquid proprium, sed sine vobis omnia communia.

Has, & alias acceptiones, quæ cum his coincidunt, latius prosequitur Quintilianus, Mando-fius in gloss. facultatum parag. & proprium, & conc. 26. Quare proprietates, & dominium ex mente Navarri in dicto Cap. Non dicatù, n. 12. apud Jureperitos idem sunt. Ac perinde videretur, eà quæ de dominio adducta sunt, fore accommodanda proprietati, quæ dominium sonat. Attento tamen juris rigore, negare non possum, constituendam esse differentiam inter dominium, & proprietatem. Proprietas enim dominium est sine usufructu, ut aperte colligitur ex l. 4. & l. usufructus 66. & l. cum in fundo de jure dotium. Dominium verò est proprietas cum usufructu, ut in l. 4. ff. de usufructu. Quam etiam distinctionem ex his juribus collegit Parlatodius in lib. quotidianarum rerum Cap. 4. Ceterum quidquid sit de his juribus, quæ merito talem differentiam inter dominium & proprietatem agnoscunt; nos in latiori significatione de proprietate differimus, non solum, ut comprehendit dominium, verum etiam usum fructum,

Varia proprii acceptiones.

In quo differunt dominium & proprietas.

IESU Spirit. II

his, que
possit reperit
plo dominii
ibus utitur;
quarum est
domus, sine
frequenti usu
nuntiarum
usu non con
act. jalis &
llarum con
consumptio
distinctione
& ibi res
his igitur est
b earum do
deber con
tiam, quod
dominium
d jus sive fi
plex: ubi
quæ est illa
que rei, qui
libet usum
& depen
dentiæ, qualis est illa
ator ad di
tamen, ut col
dominam, tunc
one, & de
aliqui mo
iv o Bona
Fransis
sic ait:
atur res
aliena, et
te propria
tio; in
es Minores
u ea de
solvetur
vno con
les sun)
ed est ipa
2. q. 7.
m disti
od pro re
consum
si ab ipa
rem.
III. in
6. & est
extravag.
ad repa
bas di
nam re
uam re
ntis. S.
on po
quia in
ood de
Rationi
domi
nium
et alio
m sive
arati à

Proprij
absolute
sumpti
diviso.

fructum, & usum juris, & quodlibet aliud jus, si esse potest, quod sit jus politicum, & civile. Quod magis constabit ex notabili sequenti.

Deinde proprium absolute sumptum est duplex, ut optime advertit Navarrus *Comment. 1. de Regularibus n. 15.* Primum quidem proprium dicitur quoad Dominium, & proprietatem, vel quasi dominium: vel quoad veram possessionem, vel quoad usumfructum vel usum, praeterquam quatenus sunt jura. Et hujus generis proprii, soli homines liberi sunt capaces suo nomine, quia hi solum sunt capaces domini. Aliud est proprium quoad detentionem, & usum, administrationem, & possessionem facti tantum, cujus sunt capaces etiam servi; quod proprium in rigore proprium non est; sed tantum per quandam analogiam proprium dicitur. Et hoc est, quod supra dicebamus appellari usum facti.

§. V.

De Peculio.

Sive peculium à parva pecunia, ut Lambynus, & alii volunt; sive à pecore, ut Festus Pompeius, & communis sententia tenet, dicitur: illud est certum in jure, peculium appellari, quod filiusfamilias vel servus habet separatim à bonis paternis, vel dominicis. Ut manifestè probatur ex *l. depositi §. peculium, junctâ l. sequenti, ff. de peculio.* In quo etiam sensu hoc nomen peculium explicatant Bryfonius, Orthomanus, & Berrutius *Lib. 14. de verborum significatione, verbo peculium;* & Duarenus *ad tit. de pecunia, Cap. 1.* cum aliis, quos retulit Caldas in *l. si curatorem, verbo lasti n. 89. Cap. dein integ. restituit.*

Peculium etiam variis nominibus solet nuncupari, prout varia, & diversa solet esse causa, & occasio acquisitionis. Nam aut filiusfamilias acquirit ex patrimonio patris, & dicitur *peculium profectitium*, aut occasione militiæ armatæ, & appellatur *castrense*, aut militiæ togatæ, & palatinæ & dicitur *quasi castrense*. Aut acquirit aliunde, hoc est, nec occasione militiæ armatæ, sive togatæ, nec ex substantia patris, & appellatur *adventitium*, ut communiter explicant Juristæ in *l. cum oportet. C. de bonis qua liberis*, ubi Accursius verb. *exceptis.* & Glossa in *Republica ff. de peculio.*

Praeterea peculium latiori significatione dicitur, quasi parva pecunia (Hispanicè *hazenducla* o *pegujar*) ut optime notat Fornerius in *l. paterfamilias 182. de verb. sig. ff.* & colligit Navarrus *Comment. 1. de Regul. n. 14. ex Cap. totum 1. q. 3. & ex l. peculium ff. de pecul.* Ac denique peculium etiam sumitur pro bonis, in quibus quis habet dominium ut patet ex *l. cogi. ff. ad Trebell.* ubi peculium sumitur pro patrimonio, cujus habet dominium pater.

Peculium igitur de quo infra discendum est, etiam translaticè sumitur pro illis bonis; quæ à monacho peculiatim possidentur; quod adhuc subdividi potest. Aliud enim est peculium injustum injusteque possessum, ut cum monachus aliquid possidet sine licentia Abbatis; qua acceptione sumitur in dicto *Cap. monachi*; ubi dicitur. *Qui vero peculium habuerit, nisi ab Abbate fuerit ei pro injuncta administratione permiffum, à commu-*

nione removeatur altaris, & qui in extremis cum peculio inventus fuerit, &c. Peculium enim hac acceptione idem quod proprium: unde jura omnia quæ loquuntur de abdicatione proprietatis, exponenda sunt etiam de abdicatione peculii in prædicto sensu.

Aliud est peculium justum, quale est illud, in quo monachus tantum habet administrationem & usum, dependenter tamen à voluntate Prælati. Et appellatur peculium, ex similitudine ad peculium profectitium, ut anno avit Navarrus *Comment. 1. de Regular. n. 14.* Nam sicut filiusfamilias peculium habens profectitium non habet dominium, neque jus aliquid civile; sed tantum administrationem, & negotiationem bonorum patris, cui subest: ut patet ex *l. cum oportet junctâ glossa verb. ex substantia l. de bonis qua liberis.* Sic monachus dicitur habere peculium monasticum, ex eo quod habeat administrationem bonorum monasterii, vel aliqua alia bona suis propriis usibus deputata, dependenter tamen à voluntate Prælati. De quo nos infra latius disseremus.

CAPVT II.

Quid sit paupertas, & an sit virtus?

PAUPERTAS (si nominis Etymologiam consideres) teste Varrone de lingua latina, verbum deductum est à parva pecunia, sive ut alii placet, à parvo lare, & significat carentiam magnæ pecuniæ. Pecuniæ autem appellatione non solum venit pecunia numerata, sed etiam quidquid ea est æstimabile, ut patet ex *Cap. Totum 1. q. 3. & ex l. pecunia de verb. signif. ubi sic dicitur. Pecunia nomine non solum pecunia numerata: sed etiam omnes res tam solum immobilis, & tam corpora, quam jura continentur.* Ubi nota quod etiam jura (puta obligationes, & actiones) pecunia dicuntur, rectè ponderavit Navarrus, ubi sup. cum Glossa in dicto *Cap. totum*, Scita paupertas proprie dicitur carentia rerum, jarum, & actionum temporalium usibus humanis necessariorum.

Praeterea observandum est paupertatem esse triplicem, aut enim est paupertas actus, sed non affectus, quæ dicitur paupertas *coacta*, sive *necessaria*, quam quis contra suam voluntatem patitur vel incurrit. Alia est paupertas in affectu, sed non in actu, de qua loquitur est Dominus cum dicit: *Nisi quis renuncia veris omnibus qua possidet, non potest meus esse discipulus, & hanc simpliciter, & directè pertinere ad perfectam onem docet D. Tho. 2. 2. q. 184. art. 7. & q. 19. art. 12. ad prim.*

Tertia paupertas est quæ utrumque conjungit affectum, & actum scilicet paupertas interior, & exterior, quæ nihil aliud est quam velle carere omnibus emolumentis, & subsidiis temporalibus; ita tamen conjunguntur, ut vera perfectio in affectu, instrumentum vero ad perfectionem in ipso actu, & effectu, consistat, ut docet D. Tho. ubi sup. Et hæc dicitur paupertas voluntaria, & Evangelica, & hanc Dominus commendavit *Matth. 5.* illis verbis, *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum:* Quasi dicat, Beati qui propter DEUM sponte diligunt paupertatem. Ita exponunt hunc locum fere omnes Patres B. Hieronymus, Gregorius, Nylicenus,

Nylenus, Chromatius, & Anselmus, Lyranus, Abulensis. Cajet. Jansenius, & alii in illum locum *Matth.* Et præterea S. Ambros. in *6. Cap. Luc.* Leo in *Sermon.* de illis verb. Domini *Matth.* 5. Bern. *Serm. 1. de Festo omnium SS.* relati à Belarmino *Tom. 1. Lib. 2. de monachis Cap. 20.* Quibus adde D. Thom. 2. 2. *quæst. 14. art. 12.*

De hac etiã paupertate voluntaria accipienda sunt illa verba, quæ Christus Dominus *Matth.* 19. illi juveni diviti respondit, dicens: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus.* Et illud, *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Ubi etiã Petrus de hac renunciatione rerum temporalium loquens est.

Adhuc autem hæc paupertas voluntaria ex parte motivi duplex esse potest: alia quæ ob curiositatem assumitur, qualis fuit Crati Thebani, de qua S. Hieron. *Epist. 13. ad Paulinum,* & refertur in *Cap. Gloria Episcoporum. 12. qu. 2.* Alia vero quæ renuntiat divitiis temporalibus ob perfectiorem Christi sequelam.

De hac igitur paupertate potest esse dubium an sit laudabilis, de quo non est cur immoremur, plura enim de hoc argumento scripsere nostri temporis Controversarii contra hereticos. Et nunc sufficit illud testimonium Christi Domini, *Matth.* 5. ubi non utronque paupertatem laudat, sed eam maximè extollit, dum pauperes beatos appellat, & ob pauperem aem illis celorum regna promittit. Gloriosa igitur, & laudabilis est paupertas, cui respondet tam excellens præmium, & tam ampla merces. Et ratione constat, quia secundum rationem rectam operatur, quæ ordinat exteriora bona ad interiora animæ, quæ potiora sunt. Quare qui divitiis abrenunciat, ut ab impedimentis, & earum sollicitudinibus alienatus liberius vacet vestitatis contemplationi, ut multi etiã philosophi fecerunt, veram laudem mereor.

Quare illud solum dubitari jure potest, an sit paupertas secundum se vera, & specialis virtus: Nam quod sit instrumentum virtutis, & apertissimum ad perfectionem Christianam comparandam recte docuit D. Thom. 2. 2. *q. 186. art. 3. & sequenti.* Estque communis consensus Patrum, ut potius laus videretur apud D. Bonavent. in *Apologia paupertatis,* & nostri temporis Controversarios. Solum ergo est difficultas, an hoc instrumentum perfectionis sit ex se virtus, & perfectio. Ratio dubitandi esse potest imprimis auctoritas D. Thom. *Lib. 3. contra Gent. Cap. 133.* ubi ait: *Hoc est commune omnibus exterioribus rebus, quæ in tantum bona sunt, in quantum proficiunt ad virtutem, non autem secundum se ipsas.* Et in *Cap. 34. seq. ad 5.* Sic ait: *Neque divitia, neque paupertas, neque aliquid exteriorum est secundum se hominis bonum, sed solum secundum quod ordinatur ad bonum rationis.*

Insuper ratio probatur, quia si paupertas esset virtus, ejus oppositum, nempe divitiæ, esset vitium, quia virtuti semper vitium contrariatur: constat autem divitiæ per se neque bonas neque malas esse, ut omnes Patres fatentur, ergo neque paupertas erit virtus.

Et confirmatur, quia dargemus aliquas virtutes defecisse Sanctissimos Viros, quales fuerunt Abraham, David, Job, & alii qui divitiis, ac aliis temporalibus rebus abundarunt.

Tertio quia paupertas sæpe à Patribus instrumentum perfectionis appellatur, ut ex Cassiano *Thom. à Iesu Oper. Tom. 1.*

Coll. 1. Cap. 7. probat D. Thom. 2. 2. *q. 188. art. 7.* ergo non est perfectio, ac ex consequenti nec virtus.

Quarto quia virtus debet consistere in medio: paupertas vero evangelica extremum libertatis amplectitur, omnia à se abdicando, maxime cum D. Ambros. asserat non esse effundendas opes, sed dispensandas.

Pro contraria parte certius, & verius videtur paupertatem Evangelicam veram esse virtutem. Dixi *paupertatem Evangelicam*, quæ tendit ad Sententiã largitionem, & renuntiationem omnium bonorum, ut expeditius Christum sequamur (Nam *gatur, & paupertatem genericè sumptam, ut communis est modis omnibus paupertatis supradictis, certum est non esse virtutem*) Probat hoc latè D. Bonavent. in *Apologia pauperum in respons. 13. batur, ac part. 1. art. 1.* ubi pro sua sententiã adducit B. Hieron. in *Epistola ad Demetriadem, qui traçans illa verba, beati pauperes spiritu.* Sic ait: *Apostolici fastigij est perfectaque virtutis omnia vendere, & pauperibus distribuere: & si levem, & expeditum cum Christo ad caelestia subvolare.* Hæc Hieronym.

Et ut mihi persuadeo, id aperte fateor D. Thom. 2. 2. *q. 152. art. 3. ad 2. & q. 186. art. 3. ad 1.* ubi dum argumento 3. *ejusdem art.* conatur probare paupertatem non esse virtutem, quia non consistit in medio, sed in extremo, in solutione hujus argumenti docet consistere in medio secundam rectam rationem, ac proinde ex hac parte non deficere à ratione virtutis.

Idem clarè indicat in *solutione ad 6. ejusdem art.* ubi paupertatem Evangelicam appellat actum heroicum elemosynæ, dum ait: *Quod abrenunciatio propriarum divitiarum comparatur ad elemosynarum largitionem, sicut universale ad particulare, & holocaustum ad sacrificium.*

Ratione prob. 1. Nam ex hoc aliquis actus est virtuosus in quantum per rectam rationem ordinatur ad aliquod bonum honestum; hoc enim fundamento probat D. Thomas 2. 2. *quæst. 147. art. 1. & quæst. 152. art. 2. & 3. jejunium, & virginiam esse virtutem: hoc autem convenit paupertati Evangelicæ, quæ ex se ordinatur ad plurima bona. Primo ad comprimendam cupiditatem, quæ radix est omnium malorum, quæ tollitur per voluntariam paupertatem.*

Secundo, in quantum tollit dispensationem rerum exteriorum, & sollicitudinem illarum. Tertio, in quantum offert quis DEO, sive pauperibus omnia bona exteriora. Quia ratione paupertas à D. Thom. dicta *q. 186. art. 7.* dicitur verum instrumentum ad comparandam perfectionem. Quarto, quia paupertate liberius & expeditius à sollicitudine, & rerum temporalium curis abstrahi DEO vacamus. Prodest etiã paupertas, & ex se est instrumentum apertissimum ad alia plurima bona, ut D. Thom. breviter in *Isaiam Cap. 48.* Sub finem frequentibus verbis annotavit.

Paupertas confert multa. 1. Peccatorum recognitionem. 2. Virtutum conservationem, juxta illud: *Pauper gloriatur per disciplinam, & timorem suum.* 3. Cordis quietem, juxta illud: *Sufficiat nobis paupertas nostra, ut divitiis computemus hoc, quod videbamus filium nostrum.* 4. Desiderii impletionem, juxta illud, *Desiderium pauperum exaudivit Dominus.* 5. Divinæ præbet dulcedinis participationem, juxta illud, *Parasti in dulcedine tua*

IESU
 Spirit.
 II
 II

Plurima confert bona paupertas.

Adducuntur argumenta pro parte negativa.

pauperi DEVS. 6. Exaltationem, juxta illud, suscitans de pulvere egenum. 7. Caelestem hereditatem, juxta illud, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Quae omnia bona ad quae paupertas ordinatur, recte à Climaco gradu 17. Sunt his verbis declarata. Paupertas est abdicatio sollicitudinum saeculi; iter ad DEVM sine impedimento; expulsio omnis tristitia: Fundamentum pacis: munditia vita, qua nos liberat à curis omnibus vite transeuntis, & facit ut DEI mandata perfecte exequamur.

Radix omnium malorum cupiditas. D. Bonavent. ubi supra, probat paupertatem esse virtutem, & quasi fundamentum omnium Christianae perfectionis, hac ratione. Quia si, ait, radix omnium malorum est cupiditas (ex hac enim simul cum superbia, quae huic cupiditati semper est comes) omnia scelera originem, fomentum, & incrementum accipiunt; est autem haec cupiditas in mentis affectu, quasi in subiecto infixata: sumit tamen alimentum ac pabulum ex bonis exterioribus possessis. Ideo ad perfectam hujus cupiditatis extirpationem utrumque necessarium fuit, ut non solum interior illa sitis; sed etiam externa rerum abdicaretur possessio: quorum alterum voluntate tantum & spiritu, alterum vero etiam opere praestatur. Ex quo concludit quod sicut cupiditas est fundamentum & radix omnium illorum malorum; sic è contra paupertatem merito fore appellandam verum, & solidum fundamentum totius evangelicae perfectionis. Et ideo Dominus ab ipsa tanquam à fundamento extorsus est, dum fundamenta jaceret Christianae perfectionis. *Matth. 19. dicens: Beati pauperes spiritu.* Haec ex D. Bonavent. ubi supra. Cum igitur paupertas conservet bonum rationis contra impetum passionum concupiscibilis, recte inter virtutes morales annumeratur. Hoc enim fundamentum persuasus D. Thom. *dicta q. 146. art. ult.* probat abstinentiam esse virtutem.

Paupertas solidum est fundamentum Evangelicae perfectionis. Secundo probatur; quia paupertas est actus humanus bonus & laudabilis in medio consistens: ergo est virtus. Antec. prob. ex adducto testimonio Christi Domini: Ubi pauperes beatorum appellat. Tertio, Quia paupertas est materia voti, nam de illa in Religione emittitur solemne paupertatis votum à Christo Domino institutum, ut omnes Catholici fateamur. Votum autem emitti non potest, nisi de actu virtutis, ut recte D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 2. probat; igitur negari non potest Evangelicam paupertatem esse virtutem.

Ultimo; quia non apparet aliqua diversitatis ratio quare jejunium, & virginitas sint virtutes, & non paupertas: At de illis prioribus probat D. Thom. 2. 2. q. 147. & q. 152. esse virtutes; ergo & paupertas. Nam sicut jejunium absolute sumptum, & virginitas etiam genericè considerata, licet ex se nec bona, nec mala sint, tamen ut remorent impedimenta; illud carnis concupiscentias reprimendo, haec vero conservando hominem ab omni experimento venerè delectationis, ut sic liberius, & expeditius DEO vacare possit, cur non similiter de paupertate philosophari licebit?

Paupertatem virtutem esse specialem, & ab aliis distinctam. Sed petes an paupertas sit virtus specialis? Resp. paupertatem esse virtutem specialem, & ab aliis distinctam: Quod duplici ratione confirmo. Prima est, quia virtus moralis conservat bonum rationis contra impetum passionum. Quare

ubi invenitur specialis ratio qua passio aliqua abstrahit mentem à bono rationis, necesse est ibi esse specialem virtutem moralem: Ita enim D. Thom. conjeclatur saepe distinctionem specialem inter virtutes morales; maxime vero. 2. 2. q. 146. art. 2. sed nulla est passio quae ita abstrahat hominem à bono rationis quam avaritia sive cupiditas divitiarum, quae habitae, & possessae, ut idem D. Thom. ait: q. 186. art. 3. ad 3. *Per se quidem nata sunt perfectionem charitatis impedire, principaliter alliciendo animum, & abstrahendo, hinc D. Thom. ubi supra.* ergo contra hanc cupiditatem, & impedimentum quod oritur ex divitiarum possessione constituenda est alia virtus specialis, quae non potest esse alia, quam paupertas.

Et confirmatur, quia tres sunt potissimum passiones, quae sunt veluti fontes omnium vitiorum, nempe appetitus luxuriae, avaritiae, & superbiae, ut patet ex 1. Joan. 2. *Quidquid est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vite.* Unde ad reprimendum appetitum luxuriae, ponitur virtus castitatis: ad coercendum etiam appetitum superbiae, virtus humilitatis, & obedientiae. Cur ergo ad reprimendum infestissimum divitiarum, sive avaritiae appetitum, non est constituenda aliqua virtus specialis, cum haec passio maximum soleat esse rectae rationis impedimentum, ut patet ex superioribus adductis.

Nec obstat, si quis dicat virtutem liberalitatis moderari hanc cupiditatis passionem: nam est verum sic liberalitatem hanc avaritiae passionem suo modo frenare, tamen non ita eam coercet, & reprimat, ut non multa impedimenta remaneant, nam cum divitiae adhuc possideantur, & haec per se nata sint impedire perfectionem, tum quia animum alliciunt, tum quia distrahunt; oportuit aliam esse virtutem, quae impedimenta ista removeret, divitias rejiciendo, & sic quasi eradicaret hanc cupiditatis passionem.

Praeterea ratione probatur; quia ubicunque est specialis materia boni habens specialem excellentiam, ibi invenitur specialis ratio virtutis, ut in magnificentia, quae quia est circa magnos sumptus, est specialis virtus à liberalitate distincta, quae communiter se habet circa omnem pecuniarum usum, ergo simili modo constituenda est specialis virtus in paupertate Evangelica, cum sit specialis materia boni habens specialem excellentiam, & difficultatem, scilicet renuntiare omnibus bonis exterioribus, sive ea largiri pauperibus.

Ex quo apparet esse specialem virtutem à liberalitate distinctam. Nam liberalitas est virtus, quae inclinatur ad rectè utendum pecunia, & quicquid pecunia mensurari potest, ut sunt omnia bona exteriora pretio aestimabilia, ut docet D. Thom. q. 117. art. 3. ita tamen hoc ad liberalem pertinet ut non omnino à se rerum possessiones abjiciat. Unde Philosophus in 4. ethic. ait, quod liberalis non negligit propria, & saepe id docet D. Thom. praedicta quaestione.

Paupertas vero Evangelica ita moderatur passiones interiores cupiditatis circa bona exteriora, ut renuntiet omni pecuniae, & omnibus quae pecunia mensurari possunt, ut illa largiatur aliis, & sic est specialis virtus ab ipsa liberalitate distincta, quae consistit in moderatione passionis cupiditatis non largiendo, & retinendo aliquid sibi ut liberalis; sed largiendo, & renun-

renunciando omnibus possessis, ut verè pauper. Quare se habet ad liberalitatem ut holocaustum ad sacrificium, ut docet Divus Thomas *dist. 1. quaest. 186. articulo 3. ad 6.* & colligitur ex D. Gregorio dicente, quod illi, qui ex possessis rebus subsidia egentibus ministrant, in bonis quæ faciunt, sacrificium offerunt, qui aliquid DEO immolant, & aliquid sibi referunt: qui vero nihil sibi referunt offerunt holocaustum, quod est majus sacrificium. Quod etiam ibi colligitur ex D. Hieronymo contra Vigilantium. Potest etiam dici paupertatem esse actum heroicum liberalitatis, & sic ad ipsam pertinere non aliter ac de virginitate sentit Cajetanus *dist. 1. quaest. 152. artic. 3.* & D. Thom. *2. 2. quaest. 147. artic. 3.* & de jejunijs philosophatur ut de actu abstinentiæ.

Notandum verò est, ut ea quæ nuper diximus clarius percipiatur, quod in hac virtute paupertatis formalis ratio, quæ illam constituit in esse talis virtutis, est, velle bene uti omnibus rebus exterioribus, abrenunciando omnibus in quantum sunt fomenta interiorum passionum, & impedimenta perfectionis comparandæ, ut sic liberius DEO vacemus, & sic propinqua materia paupertatis sunt interiores passionum, secundum quas homo afficitur circa res exteriores, quas paupertas omnino moderatur, & corrigit. Objectum verò materiale remotum est ipsa abdicatio rerum exteriorum; finis verò est DEO vacare. Unde circa bona exteriora secundum diversas rationes, diversæ virtutes versantur: in quantum bene utimur divitiis, eas elargiendo quando, & quo modo oportet, est liberalitas. In quantum verò utimur divitiis secundum quandam specialem rationem, in quantum assumuntur in alicujus operis magni experientiam, dicitur magnificentia, ut D. Thom. *dist. artic. 3.* annotavit. Quibus addi potest, quod in quantum utimur divitiis, eas à nobis omnino abdicando, qui est melior usus divitiarum, dicitur vera paupertas.

Quodnam sit paupertatis objectum proximum, quodnam remotum ac materiale.

Respondetur argumentis positum contra. Respond. 1. ad auctoritatem D. Thom. ibi non negare D. Thom. paupertatem Evangelicam esse virtutem, sed tantum loqui de illa prout generice, & absolute sumitur, quæ ut sic est indifferens, nec ex se ordinatur ad bonum rationis, quemadmodum jejunijs, & virginitas si absolute considerentur.

Ad secundum respondetur, virtutibus, quæ sunt de consilio, non contrariari vitium, ut patet in religionibus, quarum statuta, seu constitutiones non obligant ad culpam. Quæ, ut nos alibi probavimus, ad virtutem obedientiæ pertinent, & tamen earum transgressio potest esse sine vitio inobedientiæ.

Vel 2. respondetur paupertatem esse virtutem prout cadit sub voto, & tunc ei opponitur proprietatis vitium, quæ etiam ratione docuit D. Thom. *2. 2. q. 152. artic. 3. ad 4.* virginitatem esse virtutem.

Ad confirmationem respondetur ex mente D. Thom. *dist. 9. 152. artic. 3. ad 2.* quod quamvis alicui virtuoso deficiat materia virtutis (sicut pauper habet materiam temperantiæ, deficit verò materia magnificentiæ) potest tamen habere id quod est formale in illa virtute, ut scilicet sit in preparatione animi illam virtutem exercendi si hoc sibi competeret, & à se id DEUS exposcit.

Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

rer. Et hoc sufficit ad rationem virtuosæ. Hanc autem præparationem animi habuerunt Sancti illi Patres veteris testamenti, & hoc sufficit, ut verè dicerentur pauperes spiritu.

Ad 3. respondetur quod licet paupertas appetatur instrumentum perfectionis, adhuc tamen non obstat quin sit virtus: nam etiam obedientia, castitas, & jejunijs perfectionis instrumenta à D. Thoma & à Patribus appellantur, & ipsi confitentur veras esse virtutes.

Ad 4. argumentum respondeo, cum D. Bonavent. 1. Tom. in *Apologia pauperum in 3. particula quarta responsionis artic. 2.* quod sicut aliud est medium pudicitie conjugalis, aliud sanctimonie virginialis, sic aliud est largitatis politice, aliud paupertatis Evangelicæ. Largitas namque politica, quia circa mundana versatur, nequaquam etiam secundum rectam rationem consulit possessionum terrenarum abrenunciationem; sed potius iuste possessorum distributionem; & retentionem moderatam. Quare in persona viti politici *Prov. 30.* dixit Salom. *Paupertatem, & divitijs ne dederis mihi.* Evang. vero paupertas eo quod ad æterna spiritum sublevet, tanquam ea, quæ in cælis sibi thesaurizat, suadet se profitentibus, debere nudari, quoad effectum dominijs rebus omnibus temporalibus, & arcta sustentatione esse contentos quantum ad usum. Et sic est ipsius modus sive mediocritas, quod sic relinquatur dominium, ut non rejiciat usum, sicque arctitudinem usus referret, ut sustentationem non devitet.

CAPVT III.

De origine, & institutione voti paupertatis.

DE paupertate Evangelica diversi fuere hæreticorum errores. Alii illam irridunt divitijs paupertati comparantes, ut Vigilant, olim temerè, apud Hieron. & Augustin. affirmabat. Alii ita vanè paupertatem extollebant, ut auli fuerint asserere neminem posse vitam æternam consequi, nisi ita divitiis omnibus renunciaverit, ut nihil proprium retineat; horum meminit Augustin. *de heresibus Cap. 40.* & Epiphanius *heresi 61.* fuerunt autem hujus factionis hæretici (eodem teste August.) Apostolici vocati, qui arrogantissime sibi tale nomen concinere dicentes se Apostolorum vitam sequi.

Eodem ferè errore maculati fuerunt Waldenses, & eorum duces. Joannes Hus, & Wicleph, ut habetur in *Concil. Constantiensi sess. 8. heresi 36.* apud nostrum sapientissimum Thomam Waldensem *Lib. 3. doctrinalis Cap. 81.* & apud Castrum *verb. paupertas, heresi 2.* asserentes inter Christianos maximè inter Clericos omnia debere esse communia.

Alii denique ita paupertatem deprimunt, ut eam profiteri illicitum, & temerarium ducant. Imo nullâ ratione hujusmodi votum ad perfectionem conducere velint. Tenuit id Desiderius Longobardus tempore *Alexandri III.* qui illicitum esse ajebat omnia pro Christo relinquere, nisi talem religionem quis ingrediat, quæ possessiones habeat, vel nisi talis sit, qui de labore manuum vivere possit. Hujus videtur inscius vestigia Gualtelmus de sancto amore, qui tractatum

Ddd 3 quon-

IESU
Spirit.
II
II

liberitate
nem: nam
ie passio
ita eam
cedimenta
officium
perfectio
in qua di
que im
tendo, &
ssionem.
que est
excellen
is, ut in
nos sum
istitia, ut
in pecu
enda est
cum sit
exceles
are om
paupci.



Hoc tamen unum ex eorum mente adducam, prædicta Domini verba, non tantum in animi præparatione, & in affectu, ut falsè fingunt hæretici, sed etiam cum effectu esse capienda, tum quia Patres quamplurimi ita prædictam locum intelligunt, & non est cur velint hæretici proprio sensu nisi sibi potius, quam Patribus esse credendum: tum quia non solum doctrinâ, sed exemplis verus illorum verborum sensus semper in Ecclesia fuit confirmatus.

Ita Christus Dominus ac Redemptor noster hujus consilii auctor, ut ipsa confirmaret, quæ opere docebat, mendicis, & pauper esse voluit, adeo, ut nec, ubi caput reclinaret, possideret, & cum dives esse, teste Apost. 1. Cor. 8. 1. pro nobis egenus factus est, nec puduit eum in cuius manu erant omnes fines terræ, aliorum elemosynis suam vitam sustentare. Et hanc Filii paupertatis Deipara Virgo MARIA ejus mater sanctissima complexa fuit: Idem fecerunt Apostoli, ut pater ex illo Matth. 19. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, Et omnibus illa vivendi forma à Domino præscripta est, nolite possidere aurum, neque argentum, neque duas tunicas. Num hoc de præparatione animi intelligi potest? unde August. Lib. 7. de Civit. Cap. 4. ait, Dixerunt potentissimi (.i. Apostoli) ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Hoc votum potentissimi venerant, sed unde hoc eis, nisi ab illo, de quo continuo dictum est: Dans votum vocent. Ita Augustinus.

Et tandem Leo Magnus in serm. de festo omnium Sanctorum: Hujus inquit, magnanima paupertatis nobis exemplum primi post Dominum Apost. tribuerunt, qui omnia sua sine differentia relinquentes, ad vocem celestis magistrî, à captiva piscinâ in piscatores hominum mutati sunt. Ex hac igitur paupertatis Regula, quam Apostoli professi sunt, ortum habuit communis illa vita, quæ inter primos Ecclesiæ fideles Apostolorum tempore fuit in uso, ut patet Act. 4. ubi sic legitur: Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una, nec quisquam eorum, quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed illis erant omnia communia. Quod autem hæc communis vita, & bonorum abdicatio voto tunc esse firmata, docet Augustin. serm. 1. de communi vita Cleric. ubi idipsum se cum suis face-re voluisse fateatur, quod primos Christianos fecisse testantur acta Apostolorum. Et ob id sæpe repetit nemini licere aliquid habere proprium post professionem factam.

Confirmat verò hujus communis vitæ tunc temporis professionem Ananiz, & Saphiræ exemplum, sive testimonium. Nam cum it cum cæteris vitam communem amplexarentur, & clam post emissum votum suorum bonorum pretii partem tenuissent, continuo ab Apostolo Petro detecti, & à DEO percussis miserè perierunt. Quam mortem ob peccatum peccati proprietatis eis contigisse plures Patres testantur, ut sunt Augustinus, Chrysostomus, Hieronymus, Fulgentius, Gregorius, apud Bellarminum ut supra Cap. 20. qui, & alii in hujus sententiæ confirmationem à nobis adducendi erunt infra, quando de gravitate, & poenâ proprietatis sese obtulerit dicendi occasio.

Post Apostolorum etiam tempora hoc Christi consilium à cunctis religioz vitæ professoribus in sensu explicato fuit intellectum. Ita enim de S. Antonio D. Athanasius in ejus vita scriptis. Quod cum audisset in Ecclesia legi hoc Evan-

gelium, Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, eum mox à DEO edoctum de vero sensu eorum verborum, & omnia vendidisse & dedisse pauperibus. Idem de S. Francisco D. Bonaventura in ejus vita testatur. Et Possidon. S. Augustinum consideratione eorundem verborum omnibus abrenuntiasset in ejus vita refert. Quod de D. Cypriano testatur Piatius ejus Diaconus in illius vita, qui omnia vendidisse, & dedisse pauperibus, motum illis verbis, si vis perfectus, &c. luculenter tradit. Ac tandem Hieron. de Hilariæ in ejus vita scriptis memorem illorum verb. qui non renuntiat omnibus, quæ possidet, omnia dereliquisse, & nudum in vastam cretuum perrexisse.

Tandem ex antiquis monachorum Regulis id ipsam colligitur: & imprimis optime, & disertissime id Basilii in Regula fufior. Cap. 8. docet, ubi de professione loquens: Porro, inquit, hujusmodi abrenuntiatio initium sumit ab alienatione rerum externarum, veluti possessionum, & affectionum ad res inutiles, quomodo sanè ut faceremus, suo exemplo admonuerunt sancti Discipuli, Jacobus quidem & Joannes relicto Patre Zebedæo, ipso quoque, de quo tota illorum viduus ratio pendebat, navigio.

Et paulò infra in confirmationem hujus veritatis afferit illud Luc. 14. Qui non renuntiat omnibus, quæ possidet, &c. & illud Matth. 19. Si vis perfectus, &c. & addit dicens: Quo etiam spectat illa negotiatorum similitudo, qui inventa una pretiosa margarita, vendidit omnia, quæ habuit, & emiit eam. Planum est pretiosam illam margaritam regnum celeste significare, quod regnum nos assequi non posse, nisi omnia simul quæ habemus, gloriam, divitias, genus pro eo comparando neglexerimus. Hæc Basilii.

Videndus est Augustinus Regul. 1. Clericor. ubi ait: Si quis venire desiderat ad Congregationem fratrum, qui in unum esse videntur, &c. non ignoret Evangelij dictum, quo dixit: vendat omnia sua, & erogat egenis, & pauperibus: constabitque id latius ex dicendis infra dispus. 2. Cap. 1. ubi ex regulis Patrum, usus & praxis hujus voti maxime circa abdicacionem omnium rerum adducetur.

Ex quibus jam aperte colligitur, quam antiquum fuerit paupertatis votum, & cujus in lege veteri observatio præcessit. Perfecta vero institutio à Christo Domino emanavit, ac demum institutio à Christo Domino emanavit, ac demum ab Apostolis, primisque Christianæ fidei cultoribus observatum fuit.

ratu Cap. 4. & Michaelem Munnoz. in propugnaculo Eliæ Lib. 2. tit. 1. Cap. 2. & Petr. Washtium Lib. 2. vindiciat. sect. 5. art. 3.

CAPVT IV.

Paupertatem esse potissimum perfectionis instrumentum, ac quod proinde expediens sit votere paupertatem.

Imprimis constituo votum paupertatis potissimum esse instrumentum ad perfectionem charitatis acquirendam: hoc dictum ex impedimentis & incommodis, quæ divitias ipsas consequuntur, facilius percipitur. Primum igitur est,

Ddd 4 quod

IESU
Spiritus
II
II

quod in ipsis divitiis vel acquirendis, vel augendis multa facile contingant peccata, teste Paulo 1. ad Timoth. 6. qui voluit inquit, dives fieri, incidit in tentationem, & laqueum diaboli, & in desideria multa vana, & inutilia, qua mergunt hominem in interitum, & perditionem. Quare recte docuit Greg. Lib. 4. moral. Cap. 3. Rarum valde esse, ut qui aurum possident ad requiem tendant. Quod argumentum laus & melius idem Gregorius prosequitur in Pastoralis 3. parte, ad med. Cap. 21.

Tum secundo, in possidendo, & in retinendo aliud multo gravius incommodam sepe reperitur, ita ut incredibile sit quātopere hac cura omne virtutis studium extinguat, & celestium rerum cogitationem, amorem, & memoriam ipsam à divinis avocet, & ad terrena omnia convertat.

Referuntur mala & incommoda, qua ex divitiis & illarum cupiditates proveniunt.

Quia cum divitiis ejus naturæ, & proprietatis sint, ut per se semper defluant ac dilabuntur, aliorum quoque rapinis, & injuriis pateant, ad omnes etiam fortuitos casus expoliantur. Denique etiam litium, ac jurgiorum perpetuam materiam præbeant, magnam omnino sollicitudinem requirunt. Quæ omnia necessario animum perturbant, distrahunt ac in varias dividunt partes, eumque indies obusiosorem, ac tardiores ad divina reddunt. Ac denique cum terra inhæreat, terramque assiduo contractet, ipsam quoque terrenum omnino efficiant.

Et ob hanc causam D. Ambrosius Lib. 5. in Luc. Salvatorem nostrum divinam illum sermonem à paupertate incepisse credit, quia hæc omnium virtutum patens est. Idem quoque sentit Hieron. Epist. 13. affirmans, non posse in eodem pectore convenire virtutes ac divitias. D. quoque Bernardus Epistola 103. Beatus, inquit, qui post illa non abiit, qua possessa onerant, amata inquinant, amissa cruciant. Quæ damna, & alia etiam majora ex divitiarum possessione (etiam si ipse inordinatè non amentur) facile sequuntur: nam etsi non amentur, onerosa est semper eorum administratio, & cura.

Tum tertio magna in spirituali profectu jacturæ animæ causa sunt, ut Bernard. serm. de Adventu indicat. Plenitudine & abundantia temporalium oblivionem, & inopiam signi eternorum. Atque huic quidem oblivioni facile connectitur arrogantia, fastus, & insolentia. Unde Augustinus serm. 5. de verbis Domini. Nihil est (ait) quod sic generent divitiæ, quomodo superbiam, omne pomum, omne granum, omne frumentum, omne lignum habet suum vermem; vermis divitiarum est superbia. Hæc August. Quæ dicitur potest omnium vitiorum instrumentum esse divitiarum, tum ob facultatem, quam præbet pecunia, cui omnia, teste Ecclesiast. Cap. 10. obediunt, tum etiam propter impuritatem, & magnas peccandi illecebras, quas opes afferunt. Quas ob causas Christus Dominus Matth. 13. terrenas has divitias spinis assimilavit, & quia virtutum, bonorumque consiliorum semen præfocent, & quia animum lacerant.

Tum quarto ex eo divitiarum incommoda noscuntur, quia magnam deliciarum, & oblectationis occasionem præbent. Hujusmodi autem detrimentum verbis horrore, & timore plenis expressit Amos 6. Cap. V. vobis, qui dormitis in lectis eburneis, & lascivitis in stratis vestris, qui comeditis vitulum de armento, & bibitis vinum de sacca-

tum, & primis unguini unguentis. Quæ Christus Dominus consideratis Luc. 6. in hæc cum magna animi anxietate prorupit verba: *Va vobis strabus. Quod vedbam (v) omnium malorum, & miseriarum ac calamitarum summum significat.*

Nec valet hæreticorum evasio affi manitum, hæc omnia incommoda evacuari, si ita terrena possideantur, ut cor circa ea non apponatur, & fiducia nihil in eis collocetur, ita ut verè spiritu, & affectu pauperes sint, licet non in actu, & effectu, quia d. sicillimam, & omnino superflua humanam facultatem, multa ita possidere, ut affi. Aus ab eorum amore penitus coerceretur. D. Basilii in Regul. suæ disputat. Cap. 8. ita cenet & quasi certum constituit his verbis: *Quicumque quamcumque rem ex his terrenis, ac caducis servat, necesse est ejus mentem in illo quasi inno conspultam teneri, sique aditum ad celestia medicata praeludi, ex quo ita demersa jaceat, ut de supernis bonis à DEO nobis promissis cogitare non possit.*

Hæc & alia Basilii, & August. ad Paulinum, & Tarasium inquit, quod terrena diligantur acerbius adepta, quam concupita. Nam unde juvenis ille tristis discessit, nisi quia magnas divitias habebat? Et Chrysostr. super Matth. ait, quod appositio divitiarum majorem incendat flammam, & vehementior fiat cupidus.

Nec admittenda etiam est alia, quæ in hac parte exhiberi possit solutio, nimirum ut bona in parva quantitate, & mediocritate possideantur, qua ratione cessare videntur inconvenientia superius adducta, nam contra hanc solutionem prædictam Basilii testimonium militat, & egregiè Chrysostr. hom. 43. in Matth. eam impugnat dum sentit, multo faciliorem esse medicinam ad nostrum affectum sanandos, nihil omnino quam aliquid habere etiam modicè. Nihil inquit, ita sedat cupiditatis siccum, ut d. distere à lacrandi concupiscentia, si ut amarum ibelram abstinentia, & evacuatio: facilius enim est, ut humanum corpus volat, quam ut plura addendo quietum reddamus d. sicutum.

Et cetera res se habet, ut quod dixit philosoph. ille, quædam facilius omnino abscinduntur, quam ex parte temperentur; nam scriptum est à Callian. Lib. 5. de justis. veniunt, Cap. 7. sanctum vidimus viros, qui ab eis corpulentis: vobis omnino detemperarent, quam moderatè eos pro necessitate concessit. & qui totum sibi pro continentia amore denegarent, quam qui eis sub infirmitatis occasione fumentes mensuram sufficiens custodirent. Hoc igitur quod Callianus de gula temperantia scribit, latius omnino patet, & ad plura extendi potest, præcipue ad ea, quorum præsentia oculo movere, vel animum mulcere, & possit, at multo facilius ab his penitus abstrahere, quam his temperate frui.

De quo recte scribit Leo Papa serm. 12. quadrag. *Per licitos inquit usus ad immoderatos transitur excessus, dum per curam salutis irrepit delictatio voluptatis, & non sufficit concupiscentia, quod potest satis esse natura. hæc tenet Leo hoc divitiarum possessarum detrimentum, etiam si affectum quis ab eis velit removere, latius prosequitur Doctus. ex Societate JESU Hieronymus Piatas Lib. 1. de bono status religiosi Cap. 6. & 9. & Lib. 3. Cap. 2. 2. & laus indicavit id D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 3. ad 4. dum ait: *Divitiæ autem habitæ per se quidem nata sunt perfectionem charitatis impedire principaliter alliciendo animum & distrahendo.**

Hæc

Hæc D. Thomas, qui ad duo potissimum capita impedimenta, quæ ex divitiarum possessione oriuntur reducit. Primum est, quod ipsæ divitiæ voluntatem ad se trahant, ut illis plus justo inhæreat, secundum est quod mentem distrahant, dum in earum administratione, & cura occupantur. Unde D. Thom. duplici ratione probat expeditissimum esse eum, qui nititur ad perfectionem charitatis paupertatem vivere.

Prima est, quam adducit *dicto art. 3.* quia cum status Religionis exercitium quoddam sit, & disciplina, qua ad perfectionem charitatis pervenitur, ad quem finem consequendum necessarium est, ut affectum suum quis à rebus mundanis totaliter abstrahat, quia minus bene cum alio amat DEUS, teste Augustin. 10. Confess. *minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat, & hic affectus, nisi omni relicta possessione purus esse non potest, cum res humanæ possessæ animum ad eorum amorem alligant, ut modo dictum est. Inde est quod votum paupertatis primum instrumentum sit ad perfectionem acquirendam. Hanc rationem largius profertur D. Bonaventura in opusculo de Christi paupertate 4. 1. & in Apolog. paup. in 1. particul. 3. responsionis argument. 1.* Ex quibus duobus locis ejusdem fere Seraphici Doctoris verbis hanc formo rationem.

Vid. nost. Thom. 2. S. Cyrillo Tom. 1. Gloria Maria Ecclesia textu 3. Annot. 9. & 70. a JESU MARIA 2. part. instrum. novitiorum Cap. 8. & in aliis variis opusculis.

Si fundamentum perfectionis civitatis DEI principaliter consistit in charitate, & illa potissimum est perfecta, quando omnis excluditur cupiditas, quæ venenum est charitatis: nam cupiditatis vitium & inordinatio radicatur in affectu mentis, occasio vero & fomentum sumitur à rebus extra possessis, ideo necesse est, ut perfecta hujus radice evulsio utrumque respiciat, ut sic avaritiæ tubiginosa affectio, & substantiæ terrenæ illecebrosa possessio, iam spiritualiter, quam corporaliter abdicentur, hoc est, affectu, & effectu renuntientur. Unde si per hanc geminam abdicacionem radix ipsa omnium malorum perfectè amputatur, & Babylonis fundamentum evertitur, recta potest ratione concludi, quod perfectionis Evangelicæ, per quam Christo figuramur, radix & fundamentum sit ipsa paupertas spiritus, secundum analogiam & coherentionem, ad abdicacionem rerum exteriorum. Hæc ex Bonavent.

Secunda ratio, qua probat D. Thom. *dicta q. art. 7. in corpore,* paupertatem esse aptissimum instrumentum ad perfectionem, ex eo sumitur, quia paupertas quietat animum humanum ab exterioribus sollicitudinibus, hæc enim potissimum invenitur circa dispensationem exteriorum rerum, & ita hominem ab his inutilibus occupationibus relinquens liberum, eum circa cælestium contemplationem sinit esse quietum.

Cum ergo paupertas his omnibus curis vacua sit, tota in æternit. amore ac studio continetur; nihil enim est, quod pauperis mentem impediatur ac distrahat; non agorum cultus, & procuratio, non vestigalium exigendorum, vel exhibendorum cura, non pecunia collocanda, non lites agitandæ, non timor de amittendis, vel cupiditas recuperandi divitias. Quod quidem otium quam necessarium sit ad cælestem hanc philosophiam, testes etiam sunt illi veteres, & E hnic philosophi, qui illud adeo necessarium judicaverunt, ut quamplurimi huic studere volentes divitias longe à se abdicaverint. Sic de Crate

Thebano Hieronym. *Epist. 13.* & de Zenone Greg. Nazianz. *orat. 87.* testantur. Et ut omnia concludam, verba B. Joan. Climaci *gradu 17. de paupertate* adjiciam. *Paupertas, inquit, est abdicatio sollicitudinum sæculi, iter ad DEUM sine impedimento, expulsio omnis tristitia, fundamentum pacis, munditia vitæ, qua nos liberat curis omnibus vitæ transeuntis, & facit ut DEI mandata perfectè exequamur.* Qui plura de hoc argumento desiderat, legat Bonaventuram *ubi supra.* Hieronym. Platam *Lib. 1. de bono status Regul. Cap. 9.* qui eruditè, ut solet, utilitates paupertatis ad perfectionem Christianam enumerat, ut pote quod omnium scelerum ac vitiorum auferat instrumentum, dum privat bonorum possessione, & abundantia, quorum damna jam *supra* retulimus.

Insuper quod omnes se à virtutibus præ se ferat, atque maxime juvet ad præterita peccata expianda ac delenda. Præterea, quod non sinat animos nostros rebus his infimis adherere: deinde, quia maxime à DEO amatur: Ac denique omnia complectitur dum dicit: *Nihil plenius de paupertate fari nos posse, quam si ea verba sit medium proferamus. Beati pauperis spiritus, quoniam ipsorum est regnum colorum.* Quare optime ab August. *serm. 28. de verb. Apostoli dictum est, felicitas magna Christianorum, quibus datum est, ut paupertatem faciant pretium regni colorum.* Hæc & alia ibid.

C A P V T V.

In quo consistat Votum Paupertatis, & quod incapacitas dominii in Religiosis potius in obedientiæ quam in paupertatis voto fundetur.

EX supradictis licet non obscure possit constare paupertatem veram esse virtutem, & quæ sit paupertatis specia lis ratio, adhuc tamen difficultate non caret, quid votum paupertatis includat, quidve superaddat huic voluntariæ renuntiationi. Pendet enim ex hoc exactior eorum, quæ dicenda sunt, cognitio & ve à interpretatio præmissi Cap. *non dicatis.* Hanc controversiã diluimus, supponendo primo subiectum, & fundamentum dominii in homine esse liberum arbitrium. Docet id Arist. *Lib. 1. polit. Cap. 3.* & D. Thom. *2. 2. q. 66. art. 1. & in opusc. 18. art. 11. prope finem,* ubi sic ait: *Propter propriam voluntatem homo, & exterioribus rebus utitur, & proprio corpore, sic igitur qui propriam voluntatem dat, totum dedisse videtur.* & art. 10. *Per libertatem homo est etiam Dominus aliorum, per hanc alio uti vel frui potest, per hanc etiam actibus suis dominatur.* Et primo docet per obedientiam, per quam homo abnegando hanc propriam libertatem, tradere se in servitutem aliorum. Ratio vero hujus fundamenti est, quia potestas sive dominium in creaturas convenit homini, in quantum factus est ad imaginem DEI. Ut patet ex illo Genes. 1. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, ut præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestis universa terra.* Quasi dicat, eo quod ad imaginem nostram conditus sit, præsit, & Dominus sit, sicut & nos. Eatenus

Liberum arbitrium est subiectum ac fundamentum dominii.

Paupertas Evangelicæ bonæ & com. modæ.

IESU
Spirit.
II

enim sancti Patres docent hominem DEI imaginem referre, in quantum præditus est libero arbitrio, nempe intellectu, & voluntate. Quare liberi arbitrii expertia non sunt domini capacia.

Requiratur prater libertatis titulus domini.

Secundo illud præmitto, præter hanc primam radicem domini, quæ est libertas, per quam homo redditur Domini capax (nisi alia sint impedimenta) ad Dominium requiri aliud proximum fundamentum, nempe titulum domini, de quo supra Cap. 1. §. 1. Diximus esse velut fundamentum proximum; in quo fundatur ipsum dominium; videnda sunt, quæ ibi de hoc titulo docuimus. Quemadmodum igitur hæc duo, nempe libertas, & titulus ad Dominium requiruntur, ita ex quolibet horum defectu homo redditur Domini incapax, diversa tamen ratione; nam ex defectu libertatis homo fit omnino domini incapax, defectu vero tituli tantum privatur Dominio illarum rerum, ad quarum possessionem non habet titulum Domini aut juris, adhuc tamen remanet capax Domini, ea nempe capacitate, quæ a libertate provenit.

Tertio sciendum, incapacitatem, sive privationem domini, quam tam in servis, quam in filiis jura Romanorum statuerunt, non aliunde in utrisque ortum habuisse, quam ex defectu libertatis, hoc est ex subjectione filii ad patrem, in qua patria potestas patris fundatur; & ex servitute servorum, ex qua jus domini Dominorum in servos confurgit, ex quo emanavit potissimum juris principium, eum qui libertate caret, sive in alterius est potestate constitutus, nihil possidere posse. Ita Cajus jurisconsultus in l. *acquiritur* 10. de *acquirendo rerum Dominio*, his verbis scripsit. *Igitur quod servi nostri ex qualibet causa acquirunt, id nobis acquiruntur, ipse enim servus qui in potestate alterius est, nihil suum habere potest; hæc Cajus; cui subscribunt Modestinus l. homo liber 34. eodem tit. ubi de servo agens ait: Quia nec possidere intelligitur, qui possidetur. Et Ulpian. in l. sic eveniet ff. de adulteriis, inquit. In sua enim potestate non videtur habere, qui non est sua potestatis. Quæ verba reperit idem Ulpian. in l. qui in servitute de reg. ju. Et denique constat clarissime ex §. item vobis inst. per quas personas. ipse enim servus qui in potestate alterius est, nihil suum habere potest. Constat ergo ex dictis ea ratione servum nihil ut proprium possidere posse, quia non est liber, sed sub alterius potestate constitutus, & hujus incapacitatis eam causam reddunt prædicta jura, quia qui sub alterius est potestate, nihil in sua potestate habere potest.*

Quare is qui libertate caret, nihil possidere queat.

Qui possidetur, nihil possidere censetur.

De filio vero familias, dum sub patria manet potestate, idem jus, & ob eandem rationem stabilitum in jure reperies; fuit enim olim summa & nimia potentibus in filios potestas legibus Romanorum tributa; habebant enim jus vitæ, & necis, lege duodecim tabularum id permittente. Cujus antiqui juris extant adhuc vestigia in l. *in suis de liberis, & posthumis, & l. fin. C. de patria potestate*. Hocque jure (Patriæ inquam potestatis) freti Manlius Torquatus filium, & Virginias filiam intemere potuerunt, apud Pomp. l. 2. de origine juris. Hujus vero patriæ potestatis parentum in filios plura jura variosque effectus in lib. congestit Afcianus Clementinus.

Inter alios effectus summæ illius patriæ potestatis ille fuit non minimus, quo quicquid acquireret filius, statim patri acquirerebatur, ut commemorat Justin. in l. 2. C. de patria pot. & probatur in

l. 3. §. *verb. potestatis ff. de donationibus inter virum, & uxorem. & l. qui in aliena, de acquiendâ hereditate. Quæ omnia & alia similia jura acquisitionis, quæ parentibus ratione patriæ potestatis in filios conveniunt ex hoc fonte dimanant: quod filius familias non est in sua, sed sub patriæ potestate constitutus.*

Quod etiam docuit Arist. Lib. 5. *Ethic. Cap. 6.* affirmans propter vinculum patriæ potestatis filium cum patre unam domum unumque corpus efficere, & idem Lib. 1. *magnor. moral. Cap. 34.* filium ad patrem sicut membrum ad corpus se habere censuit. & ex eodem Arist. D. Th. 2. 2. q. 27. art. 9. scripsit filium dici quali patrem patris, & propter hanc unionem & familiæ conjunctionem quam habet filius cum patre, sui hæreditatis nomen apud jurisconsultos emanavit, ut Lactantius Firmianus Lib. *divinar. institut. Cap. 19.* annotavit. Ac etiam propter hanc unionem, & potestatem parentum in filios factam est, ut filius, qui non est sui juris, sed patriæ potestati subiectus nihil suum habere possit, ut ex d. l. *qui aliena, & ex aliis juribus allatis constat.*

Et quamvis in aliquibus casibus jure id permittente filius familias, imo & servus aliquid acquirere sibi, & possidere valeant; tunc illis casibus non considerant jura servum sub ratione servitutis, sed ut hominem liberum, nec filium familiæ, ut est sub patriæ potestate, sed quatenus legis indulgentiæ & favore reputatur in illis casibus ut sui juris, & liber ab hoc patriæ potestatis vinculo.

His aliquantulum fusius prænotatis, quia ex eis pendet hujus quæstion. vera & solutio, sit prima assertio.

Prima, & potissima domini incapacitas in Religiosis ortum habet à voto obedientiæ solenni. Hac conclus. expresse est D. Thom. 2. 2. quæst. 186. de vot. art. 5. ad 1. Per votum obedientiæ, ait, Religiosus totaliter se & sua DEO offert, & ideo eorum obedientia est universalis, & se extendit ad dispositionem totius humanæ vitæ. Et expendenda sunt illa verba, totaliter se & sua. Igitur ante paupertatis votum jam est facta abdicatio non solum propriæ voluntatis, sed & bonorum omnium.

Probatum primo ex Patribus, & potissimum ex Augustino relato in Cap. *non dicatur*, dum ait: *Cum nostra congregationis fratres non solum facultatibus sed & voluntatibus renuntiaverint, & se per promissam obedientiam aliorum potestati, & imperio subdiderint: certum est eos nihil habere, possidere, dare, vel accipere sine superioris licentia debere.* Ubi manifestè ex obedientia sub prælatorum imperio certam conclusionem elicit Augustinus dicens: *certum est eos nihil habere, possidere, &c.* ubi Gloss. in dicto Cap. *non dicatur*, verbo *possidere* mentem D. August. & veritatem quam nunc propalamus persensit. Et sic verbo *possidere* ait *monachos nihil posse habere, & reddidit rationem, quia, qui ab alio possideatur, ipse nihil possidet.* Pro quo adducitur text. in dicta l. *sic eveniet ff. de adulteriis.*

Augustino consonant Div. Benedic. Cap. 33. *sue Regula* dum ait: *Ne quis presumat aliquid habere proprium, nullam omnino rem, neque codicem, neque graphium, sed nihil omnino;* & subjungit rationem, *quippe qui nec corpora sua, nec voluntates licet habere in propria potestate.* Hæc Benedic. quasi dicat, qui non est suæ potestatis, alterique subiectus est per obedientiam, nihil omnino habere

habere potest. Est enim ita summa hæc potestas, & dominium, quod Prælati in monachos habent ratione obedientiæ, ut monachi hæc ratione dicantur nihil sui juris habere posse, ut patet ex Chrysostomo ad Theomach. Nihil, inquit, hic juris est in te sicut mulier proprii corporis potestatem non habet, sed vir. D. Basilus in Epistola ad Canonicam, oportere, ait unumquemque religiosum ita existimare se nequaquam sui juris esse, sed perinde ac si in servitutem à DEO additus sit: ita, & sentire, & facere omnia. Hæc Basilus ubi aperte ii Patres, monachos non alia ratione, quam ob traditionem, quæ per obedientiam fit nihil sui juris posse habere decernunt.

Probatur
ratione
etiam di-
cti de-
sumpta.

Deinde prob. ratione, quia per id fit homo incapax domini, per quod ab eo tollitur potissima radix domini, quæ est libertas, ut constat ex 1. fundamento adducto: sed voto obedientiæ formaliter & non alio voto renuntiat homo propriæ libertati, & totaliter se alterius dominio tradit, ergo per votum obedientiæ fit religiosus incapax domini. Ex hac traditione perfectum jus, ac potestas in ipsis (sicut in aliis donationibus contingit) acquiritur religioni, ut optimè Cassianus Lib. 4. de priscorum monach. institutis assererat, dicens hoc esse præcipuum, quod hi suos docerent ut non solum uniti, & his facultatibus redderentur externi, sed ne sui quidem ipsorum se dominos esse, vel potestatem habere cognoscerent.

Imo in Cap. multos 54. dist. 1. decernitur servitutem quam in religione ob divinum amorem monachi subeunt, districtiorem esse servitutem humanâ. Cum ergo per votum obedientiæ monachus ultra se hanc servitutem offerat, & sub alterius omnino potestate redigatur, rectè sequitur, ratione hujus subjectionis, & arctissimæ obedientiæ, nihil proprium posse habere, cum sub alterius maneat potestate, ut jura allata de servo & filio-familias aperte docent.

Imò & clarius quod per votum obedientiæ monachus renuntiat non solum libertati, sed etiam bonis omnibus externis docet D. Thom. 2. 2. quæst. 185. art. 5. ad 1. Et expresse etiam id fatetur in opus. 18. art. 10. & 11. ut patet ex verbis allatis in 1. fundamento. Igitur per votum obedientiæ fit incapax domini, est enim anima quasi a totoius civitatis, libertas verò quasi clavis hujus arcis, & ita hac traditâ, reliqua omnia tradi necesse est, & qui eam tenet omnia tenet, ac possideat.

Probatur secundo, quia per votum obedientiæ fit traditio personæ, & per hanc traditionem dominium monachi transfertur in monasterium, ut ex dictis Patribus constat, & ex 5. per traditionem, in 5. de rerum divisione; Igitur per votum obedientiæ etiam necessario omnia bona debent in monasterium transferri.

Et confirmatur à simili, quia sicut qui se alteri dat in arrogationem, in consequentiam transfert dominium, & possessionem bonorum suorum in arrogatorem ut definitur in l. si adopeverit. ff. de precario, ita qui se in alterius potestatem dat, ex consequenti bona sua transfert in illam, ut expressè in nostro casu colligitur ex authent. Ingressi C. de sacror. Eccles. ubi hec dicitur: Ingressi monasteria, ipso ingressu se suaque deducant DEO: quasi translatio, & dedicatio bonorum fiat in consequentiam personæ, ut patet ex illis verbis se suaque, & ita in d. Authent. Legitæ docent

translationem fieri bonorum in consequentiam personæ. Ita Bart. ibi n. 27. Bald. n. 29. Salicetus n. 3. Paulus Castren. n. 8. Jason. n. 28. & complures alii utriusque juris Authores, quos refert Carolus Tapia in dicta authent. Ingressi, verbo ingressu, num. 3. Imo ob hanc rationem ausus est affirmare Barth. in authentica, si qua mulier, C. de Episcopis, & Cleric. monasterium succedere monacho jure naturali, quasi in consequentiam personæ, & hanc nostram conclus. insinavit aperte Navarr. in dict. Cap. non dicatis num. 33. ubi affirmat votum obedientiæ esse rationem, ob quam monachus à monasterio ejectus acquiritur Episcopo, & ibi adducit ex mente Innocentii Cap. cum olim. de privilegiis, superioritatem esse causam, cur monachus non queat sibi, sed alteri, & ideo cum est sub obedientiæ, & potestate Episcopi illi debet acquiescere. Et Comment. 1. de Regularib. num. 19. in fin. tenet liberam personam non posse quætere alteri, quæ omnia clarè confirmant nostram sententiam.

Præterea id ipsum constat & confirmatur, quia si Religiosus per votum obedientiæ secundum se totum quidquid est, Religionis est, multo magis ea quæ habet, Religionis erunt, cum accessorium sequatur principale. Accedit etiam quod in C. statutum 18. q. 1. decernitur monachum exemptum sive id fiat ratione episcopatus, sive alio titulo monasterio non acquirere, ea solum ratione, quia jam est absolutus à regimine & obedientia Abbatis, ut ibi norant communiter Doctores, & ferè omnes scribentes in Cap. in præsentia de testam. non igitur in paupertatis voto, sed in obedientiæ potius hæc nihil sibi retinendi incapacitas fundatur.

Sed dices: si hæc incapacitas provenit à voto obedientiæ, frustra igitur emittitur paupertatis votum, cum ex ipso nulla incapacitas, nullusque effectus sequatur. Hæc object. ut satisficiamus, & ut superius allata fiant clariora, oportet, ut præcisè paupertatis ac obedientiæ votum consideremus, ut sic utriusque effectus & incapacitas, quæ ab eis provenit melius percipiatur. Sumamus ergo præcisè obedientiæ votum, & religiosum absque paupertatis vinculo consideremus, tunc certum est per solemne obedientiæ votum fieri perfectam propriæ libertatis traditionem, ac solo illo voto Religiosum arctissimam subjectionem, ne dicam servitutem, subire, ac ex consequenti non aliter ac in servo vel filiofamil. ex prædicta servitute in Religiosis, hæc incapacitas exoriri debet; quia cum sub alterius potestate, & dominio constitutus sit, omnino nihil proprium habere potest. Quare cum jura, de quibus nos infra, comparent Religiosum filio-familias, ac servo, certè in hoc solum vel saltem præcipuè comparatio tenet, quod sicut ille ratione servitutis, sive domini, hic verò ratione patriæ potestatis sui juris non sit, sed sub alterius potestate constituit, proinde nihil proprium habere possunt: ita monachus qui sui juris non est, sed dominio ac potestati Prælatorum ratione voti obedientiæ subiectus omnino sit, nihil proprium habere potest: quare sicut filius aut servus non sibi acquiritur, sed Domino vel Patri, ita & Religiosus monasterio ratione voti obedientiæ, Et quamvis ex præmia ratione hujus voti solum fiat traditio propriæ personæ, & libertatis, in consequentiam tamen hujus acquiritur incapacitas: & hæc de obedientiæ voto, ut

IESU
Spiritus
II

bus inter virum,
quenda hære-
ia jara acqui-
a- rix potestati
ute dimanare:
sed sub patre.
f. Ebric. Cap.
tiz potestati
numque cor-
moral. Cap. 34.
ad copiole
D. Th. 2. 2. q.
partem patris,
nihil conju-
ntre, sui hære-
anavit, ut La-
tur. Cap. 19.
nitionem, &
m est, ut si-
nz potestati
ar ex d. l. qui
tar.
jure id per-
vus aliquid
unc illis co-
sub ratione
nec filium
quatenus
in illis casu-
e potestati
s, quæ
tio, sic præ-
tas in d. l. 1.
mi. Hæc p-
est. 186. ubi
logiosus te-
m obsequi-
tione re-
la verba,
is votum
præ vo-
tissimum
dum ait:
tam faul-
& se per
imperio
possidert,
ere. Ubi
in impe-
nus di-
&c. ubi
possidert
nunc
dere ait
onem,
ssidert.
et ff. de
ap. 33.
uid hæ-
dicem,
git ra-
antatis
dus;
rique
mino
abere

ut vero de voto paupertatis clarius loquamur, sit secunda assertio.

Secunda assertio: *Ex vi voti paupertatis præcisè absque obedientia voto considerato non fit homo incapax domini, possessionis sive cuiuscunque alterius juris; quia impossibile est hominem aliàs liberum, præcisè ex vi voti paupertatis fieri inhabilem ad rerum dominia capessenda.* Nam quantumvis hoc ipsum intendat vel contractu, vel iuramento aut promissione non contrahendi vel exercendi alium actum legitimum, nihil omnino faciet, quia licet peccet contrahendo contra iuramentum, vel promissionem factam, tamen factum ipsum tenet atque hanc ob causam si quis iuramento renunciet ut hæreditati paternæ, & si ratione iuramenti non possit eam perire, non tamen redditur inhabilis ad acquirendum jus illius hæreditatis; & si ei defertur, fit legitimus hæres, & dominus illius, licet peccet contra iuramentum accipiendo hæreditatem.

Idem quoque censendum erit, si præcisè paupertatis votum ab obedientiæ voto separatim consideremus: Nam illo præcisè sumpto Religiosus non fit capax domini; fit tamen in quantum præsupponit iam personæ traditionem per votum obedientiæ factam, ad quam sequitur iusta incapacitas, quæ deinde firmatur paupertatis voto.

Dixi, *præcisè per paupertatis votum hominem liberum non fieri incapacem domini, ut excluderem obedientiæ votum, cui si annectatur paupertatis votum, ut de facto contingit in professione solemnium, tunc per paupertatis votum, ut præsupponit obedientiæ vinculum, fit Religiosus formaliter incapax domini.* Hæc autem, quæ diximus sequenti exemplo fient clariora, ex quo etiam plenius constabit discrimen inter obedientiæ & paupertatis votum.

Si homini libero, post præstitum non acquirendæ hæreditatis paternæ iuramentum, eadem illi hæreditas relinqueretur, non redderetur incapax adeundæ hæreditatis ut nuper exponebamus, licet peccaret peccato sacrilegii: tamen si servus, aut filius familias, vel ad firmendam servitutem, vel aliam ob causam si nullo voto, aut iuramento se astringeret, tunc certum est, quod propter inhabilitatem, aut incapacitatem domini, quæ ad servitutem, vel patriam potestatem consequitur, nihil posse capere ex testamento, & quod adeundo hæreditatem & peccaret contra iuramentum, & contra iustitiam, appropriando sibi bona patris, aut domini: & deinde factum non teneret propter incapacitatem, quam filius, aut servus habet, eodem igitur modo philosophari oportet in præsentem.

Nam paupertatis voto simul cum obedientiæ emisso promittimus, nihil omnino habere, possidere, dare, vel accipere posse, & tunc actu abdicamus à nobis possessionem, & capacitatem bonorum omnium, & cuiuscunque juris, aut tituli: & firmamus deinde eodem voto hanc incapacitatem domini, quæ in Religiosis ex obedientiæ voto oritur. Quare Religiosus, qui paupertatis votum transgreditur, peccat sacrilegii peccato, applicando sibi aliquid contra paupertatis votum, & peccato iniustitiæ, sive furti, retinendo aut usurpando aliena bona, quæ ad monasterium spectant.

Ex quo inferitur, per obedientiam præcisè fieri Religiosum incapacem domini, non ta-

men pauperem Evangelicum, aliud enim est esse incapacem bonorum, aliud verò voluntariæ paupertatis professorem: nam primum consequitur servitutem, sive strictam subjectionem, ut in voto, & filio. familias patet, qui vere & in rigore non dicuntur pauperes, sed tantum domini incapaces, per votum vero paupertatis Religiosus formaliter fit pauper, quia formaliter voto ipso paupertatis spoliatur se in perpetuum omni proprietate ac bonorum possessione, unde per obedientiæ votum redditur incapax domini, & juris cuiuscunque, consequenter tamen, & quasi indirectè, non tamen formaliter, & directè fit pauper evangelicus. Paupertatis vero voto spontaneè homo, & directè confirmat hanc incapacitatem non aliter, ac si filius familias emitteret votum simplex paupertatis. Ex quo etiam efficitur, materiam voti paupertatis quasi latere, & includi sub obedientiæ voto, indirectè tamen, & consequenter, formaliter vero & explicite pertinere ad paupertatis votum, ut jam ante annotavimus.

Sed dices: peccabit igitur Religiosus proprietarius duplici peccato, & contra votum obedientiæ, & contra paupertatis votum. Resp. Religiosus non committere duplex sacrilegium, sed tantum unum, nempe contra votum paupertatis. Nam si inconstituto Prælo retineat, vel donec bona monasterii, peccabit peccato furti contra iustitiam, non tamen contra votum obedientiæ, quia licet incapacitas aliquid possidendi ab obedientiæ voto dimanet; hæc tamen non est materia voti obedientiæ, nisi per accidens tantum, quia non dimanat ab obedientiæ, ut obedientia est, sed potius consequitur traditionem factam ab ipso Religioso, sicut filius familias retinendo aliquid sibi proprium, non peccat contra obedientiam, aut pietatem, sed contra iustitiam. Quare cum illa incapacitas ab obedientiæ dimanans non sit propriè materia voti obedientiæ, nec præterea illa incapacitate dicatur quis pauper evangelicus, nisi prius emiserit votum paupertatis, quo firmatur illa incapacitas, fit etiam, ut illa sit voti paupertatis materia proxima.

Igitur paupertatis votum ut optime Cajet. 2. in par. 2. q. 1. & 6. art. 7. in solutione ad 4. advertit, in hoc ipsum consistit, quod quis abdicat à se potestatem omnium bonorum licitam retinendi proprium, sicut & castitatis licitè utendi veneris. Quare votum hoc quasi materialiter consistit in abrenuntiatione cuiuscunque domini, aut usus liberi: formaliter vero in proposito interiori nihil proprium retinendi, ut latè explicant Patres infra adducendi Cap. 1. & 2. secund. part. ubi ratione hujus voti ut præsupponit obedientiæ vinculum, docent Religiosos nihil proprietatis posse habere, nullam omnino rem. Ut S. Benedictus ait in sua Regula, *neque ad dicem, neque graphium.* Videndi Corduba in Cap. 6. Reg. B. Franc. & Navarr. in d. c. Non dicatis n. 10. & 11. Alvarus, Pelagius l. 2. de planctu Ecclesiæ. Cap. 56. 59. & 60. Quare hoc paupertatis voto abdicant à se hujus virtutis professores omnem rationem juris ac domini, aut quasi domini, proprietatis, aut quasi proprietatis, possessionis, aut quasi possessionis, usus fructus, administrationis prout sunt juris, non facti, solo usu facti necessarios contenti. Et ut iumenta possunt uti stramento, freno, & aliis regumentis, nec tamen hæc possident, sic Religiosi singuli & cibo

CAPVT VI.

De Comparatione Monachi, quantum ad incapacitatem cum seruo, ac Filio-famil.

eibo, & vestito, & domo reliquique ad vitam necessariis utitur, sed tanquam alienis, quorum usum duntaxat habent, non tamen sunt domini illorum. Eam enim vim habet paupertatis votum, quo Religiosi astringuntur, ut non magis quam iumenta, de quibus diximus, habiles sint ad rerum dominium, ut nos etiam supra, dum de usu ageremus attigimus. Imo, ut uno verbo dicam, quantum ad incapacitatem bonorum exteriorum, manent tanquam mortui delicti omni Domino ac jure quolibet civili. Ob quam rationem in jure Religiosus mortuo comparatur, ut patet ex Cap. placuit 2. 16. q. 1.

Et ratione probatur, quia voto paupertatis Religiosi astringuntur servare virtutem Evangel. paupertatis; haec autem consistit in totali abdicatione omnium rerum, ut Christus Dominus docuit Luc. 14. Qui non renuntias omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus. Et illud Matth. 19. Si vis perfectus esse, vende & vende omnia quae habes &c. Et cum illa incapacitas, sive abrenuntiatio voluntaria, quam virtus evangelica praefert, sit, quae in hoc voto firmatur, manifeste sequitur debere esse totalem, ac omnimodam renuntiationem.

Quarto patet, quia omnes Religiosi sunt aequales quoad votum paupertatis in particulari, ut docuit Sylvest. verb. Religio. 6. in 4. in fin. Navarr. de redditib. q. 1. monit. 10. Alvarus Pelagius de planctu Eccles. ubi supra. Et novissime Salon de Justitia, & jure q. 2. de dominio, & expressè id docuit Joannes XXII. in Extravag. Ad conditorem. de verb. signif. Et ratio ipsa demonstrat, quia aequaliter omnes profitentur paupertatem, sicut & castitatem, & aequaliter abdicant à se omnia dominii, ac possessionis jura. Et multi Pontifices agentes de paupertate in particulari fratrum Minorum, declaraverunt ipsos esse incapaces cujuscunque dominii juri sive civilis, tantumque habere in rebus sibi concessis, merum, simplicemque usum facti (quem sup. ex mente Navarr. possessionem a finariam appellavimus) ut expressè decreverunt Nicolaus III. in declarationibus Regul. D. Franc. art. 2. ubi ait, fratres Minores tantum habere simplicem usum rei, qui usus non juri, sed facti tantummodo nomen habet, quod, quia facti est tantummodo praebet utentibus, nihil tamen juris. Haec & alia Nicol. Idem etiam docuere, Clemens V. Gregorius IX. & alii plures Pontifices teste Corduba in Reg. Minorum ubi supra puncto. 3.

Ergo fatendum est ratione voti paupertatis, quae aequalis est in omnibus ceteros Religiosos nudasse se omnibus rebus, actionibus, possessionibus, juri sive civilibus, retento tamen eo usu, nempe facti, sine quo vita humana transigi non posse.

Illud tamen notare oportet, quod licet votum paupertatis auferat cujuscunque dominii aut juris capacitatem, non tamen tollit facultatem administrandi per se temporalia bona, modo id fiat ex consensu superioris, ut optime resolvit Navarrus, de reddit. qu. 1. monit. 8. & Comment. 2. regul. n. 2. esseque id verum experientia testatur in Abbatibus aliisque Religiosis beneficiis, qui sine ullo proprietatis vitio bona monasterii administrant.

UT exactius haec incapacitas, quae tam ab obedientia, quam à paupertate provenit, percipiatur, explicanda est ex comparatione Monachi cum seruo, ac filio-famil. Vulgare est in jure, ac tritum axioma, monachum tam filio-familias quam seruo aequiparari, ut expressè habetur Cap. exiit. §. porro, & §. ad haec, de verb. signif. in 6. idque saepius repetunt utriusque juris interpretes, tam in Cap. in praesentia, de probationibus & in Cap. olim de privilegiis, quam in Authent. Ingressi, C. de sacrosanct. Eccles. & aliis pluribus locis. Et quamvis tam filio, quam seruo monachum censente comparandum; dissentiant tamen auctores, cui horum magis monachi debeant assimilari. Aliis enim durum videtur monachalem statum servituti, ac familiarum servorum fore comparandum, ac proinde filio-famil. potius comparare nituntur. Et hanc esse magis communem opinionem ex mente Jafonis, & aliorum docuit speculum testamentorum, Gloss. 12. n. 19. Aliis vero hanc monachi subjectionem potius servituti, quam filiationi aequiparandam videntur. Docuit id Innocent. in Cap. cum olim 2. de privileg. Barth. in lib. 1. d. bus. servorum & l. 1. c. de bonis qua liberis, hanc esse communem opinionem fatetur Covarr. c. 1. n. 21. de testam. & Alciatus in lib. 1. n. 53. de vulgari. Et tam hujus, quam prioris sententiae plures alios auctores refert Menchaca l. 3. de successuum creatione, §. 21. num. 250.

Pro conciliatione verò harum opinionum distinguendam existimo. Aut enim sermo est de comparatione monachi cum filio, vel seruo in quantum ad acquisitionem bonorum, vel quantum ad subjectionem, sive obsequium quod praestant ei, cujus obedientiae, & potestati subsumunt. Si prioris modo loquamur, monachus indifferenter tam filio, quam seruo in acquisitione bonorum comparatur, prout monasterio fuerit utilis, ut optime resolvit Molina Tom. 1. de Justitia, tract. 2. disp. 140. & novissime Carolus Tapia in authent. Ingressi. Verbo sua. Cap. 1. num. 1. Quam sententiam fatetur esse omnium Scribentium tam in dictam Authent. quam in Cap. in praesentia, de probatione. Quod est dicere omnibus casibus, in quibus servus, vel filius acquirit tam Domino quam Patri, monachum etiam monasterio acquirere, nec non quotiescunque patri aut Domino aliquid jus ratione servi, vel filii, qui in eorum sunt potestate competit, simile quoque jus monasterio ratione monachi competere debere, non verò monachum omnino seruo, aut filio aequiparatur; quia in aliquibus casibus servus ac filius proprium aliquid retinere possunt, & ideo in his non comparantur, quia hoc non est utile Monasterio; Imò si Monachum ex una parte, ac filium aut servum ex alia sumamus, etiam loquendo in illis casibus, in quibus servus ac filius patri, aut Domino acquirunt, adhuc fortius est jus acquirendi, quod monasterio competit ratione monachorum: cum, quia jus hoc acquirendi quod per monachum mona-

Quomodo omnes Religiosi sint aequales quoad votum paupertatis in particulari.

Cajet. 2. in hoc... in hoc... & castita... in hoc... ne cui... licet verò... et in eand... si Cap. 1... ni ut pra... Religio... ommino... neque... in Cap... dicatis... Eccle... ratis vo... res om... i domi... ossessio... dmini... solo us... nra pos... mentis... nguli & cibo

IESU
Spiri
II
II

sterio contingit, consequitur ad strictius vinculum, nempe ad votum obedientiae, quod arctius, & tenacius vinculum est, quam jus servitutis, vel patriae potestatis, utpote omnino, & in perpetuum indissolubile. Tum etiam, quia haec incapacitas consequitur ad potissimam radicem dominii, nempe ad renuntiationem omnimodam propriae libertatis, quod non contingit in servo, neque in filio, qui adhuc in rigore propriam retinent voluntatem. Tum denique quia per votum paupertatis firmatur expresse haec incapacitas, & omnino fit monachus inhabilis, & incapax cujuscuque dominii, ac proinde pluribus, iisque fortissimis titulis monachus redditur incapax, quam servus, vel filius: Quare arctiori jure ac vinculo astringitur, nihil proprium habere, sed omnia, quae illi obveniunt statim monasterio acquiruntur. In quo sensu verum est, quod aliqui dicunt, quantum ad acquisitionem monachum esse plusquam servum. Qua ratione intelligendum est *Cap. multos § 4. distinctione*, dum docet strictiorem esse servitutem monasterii, servitute humanam. Quod ratione praedictae acquisitionis non est dubitandum, & docet expresse id *Navarr. Comment. 2. de Regul. n. 42. & de redd. q. 1. monit. 12. & in Apolog. monit. 14.* idque colligitur ex *Cap. exiit §. porro, & §. ad haec, de verb. sig. in 6.* quae arctiorem incapacitatem in monachis quam in servis agnoscunt. Similitudinem etiam quantum attinet ad acquisitionem, monachus censendus est plusquam filius, cum monachus vinculum sit arctius patriae potestate, in qua praedicta acquisitio fundatur. Nam ingressu Religionis patriae potestas rumpitur, ut affi mant *Navarr. Comment. 3. de regul. n. 47. Ant. Gom. lib. 1. variar. Cap. 1. n. 4. q. 11* pro sua sententia adducunt *Abbatem, Accurs. Bart. & alios.*

Ex hac igitur stricta acquirendi ratione ortum habuit illa generalis juris regula: *Quidquid monachus acquirat, monasterio acquirat.* Ut colligitur ex *Cap. Abbatem 18. quest. 2. & Auth. ingressi. C. de sacrosanctis Ecclesiis, & ex §. illud, athen. de monachis.* Et Scriptores omnes in dicto *Cap. in praesentia, & dict. Cap. olim, & dicta Auth. ingressi*, cujus ea est ratio, quia cum monachi sint sub potestate monasterii, nihil sibi possunt acquirere, sed potius illi, sub cujus imperio sunt constituti, ut *sup. Cap. praeced. latius* tradidimus.

Quomodo sit intelligendum, bona sequuntur personam.

Secundo, quia cum bona sequantur personam, si persona est sub potestate monasterii, bona etiam ad illud pertinere debent. Praedicta vero regula non est ita intelligenda; quasi monachus aliquid sibi acquirat, & postea illud transferat in monasterium, cum sit omnino incapax sibi quidquam acquirendi, sed intelligenda potius est ratione monachatus, veluti mediane quodam instrumento ea quae alias ad monachum, si esset homo liber, pertinerent, monasterio acquiri, ut notant Legistae in dicta *Auth. Ingressi*, in illis verbis *ipso ingressu*, quibus denotatur quod ipso facto, quo aliquid ad monachum pervenerit, illud monasterio acquiri. Unde monacho ignorante, & invito potest monasterium adire hereditatem, ut habetur *Cap. Religiosus de electione in 6.* quia Religiosus velle ac nolle non habet. Et haec nunc de hac acquisitione dicta sufficiant; nam de illa latius infra dicemus.

Si vero fiat comparatio inter monachum &

servum, non quantum ad acquisitionem, sed quantum ad rationem servitutis, tunc verè dicendum erit, Monachum potius cum filio, quam cum servo fore comparandum. Quod ut rectius intelligatur, comparanda erit potestas, quam Praelati in suos monachos exercent, cum ea, quae dominis vel patribus ratione dominii, vel patriae potestatis competere potest.

Sciendum igitur est è *Gelasio Pontifice* (de refertur *Cap. nullam 18. q. 2.*) omnem Religionem sive Monasterii potestatem, tam in temporalibus, quam in spiritualibus ad Praelatum pertinere. Cum enim Religio sit quaedam perfectionis schola, & via optima ad comparandam perfectionem medio Praelatorum ductu, ac magisterio. (ut saepius repetit *D. Thom. 2. 2. quest. 186. de religiosis tractans*) necessarium fuit, ut apud Praelatos Religionum spiritualis, & interior iustitiae resideret, qua possent monachorum jura dispensare, verbum DEI exponere, confessiones audire, Sacramenta ministrare, ac denique reliqua media ad tantam perfectionem spectantia, ut veros ex officio pastores applicare deceret. Quibus etiam iudicialia potestas adjoinitur, ut docet *D. Thom. quodlib. 1. art. 16. Religiosi*, inquit, *Praelatus in Capitulo praesit, sicut verus iudex Ecclesiasticus, aut secularis in judiciali foro.* Ex propter hoc *Gloss. in Clem. Dudum, de reb. Eccl. non alienandis* regularium Praelatorum jurisdictionem quasi Episcopalem appellat. Haec enim omnia Religio simul cum approbatione, ac confirmatione Regulae à Sede Apostolica accipit.

Hac igitur Superiorum jurisdictione, & potestate praetermissa, de qua hic non agimus, de alia arctiori potestate, quae non immediate à summo Pontifice emanavit, quamvis summorum Pontif. auctoritate, & confirmatione roborata sit: sed ab ipso Religioso, qui omnino spontaneè, & liberè in Superioris manibus suo juri renuntiat, cum se illi per professionem, & praecipue paupertatis & obedientiae voto perfectè submitit & tradit; de hac inquam potestate, quae ex praedicta oblatione Religiosi in Praelato confurgit, hic tantum differimus. Nam prior illa jurisdictione non reperitur in patre, neque in Domino, ut utriusque fieri possit comparatio.

Observandum est praeterea ex *Arist. 3. Ethic. Cap. 4.* duplicem esse principatum, unum dominativum, cujus videlicet haec est natura, ut princeps, sive Dominus praecipue ac per se utilitati suae studeat, subditorum vero commodo per accidens, in quantum eorum utilitas in suam utilitatem reflectitur. Alterum oeconomicum esse, qui subditorum utilitatem & commoda respicit primario: propriam vero utilitatem quasi per accidens. Quomodo gubernator navis praecipue vectorum saluti consulit, suae vero ex accidenti, quia ipse quoque unus ex eis est, qui in navi vehuntur. Eiusmodi est potestas patris in filios, viri in uxorem. Haec Aristoteles. Quibus consentiunt, quae adducit *Plato dialogo 1. de rep.* qui ut pastor inquit, *qua pastor est curat gregem ad ipsius gregis utilitatem, & non ad suam, sic qui hominibus praesit, nihil aliud propositum habet, quam eorum bonum, qui sub ipso sunt.*

His praemissis, restat ut comprobemus monachorum obedientiam non cum illa servili, quae mancipiorum propria est, sed potius cum ingenua filiorum esse comparandam, ac prionde potesta-

Prelatorum potestatem

potestatem Prelatorum non esse dominativam, qualis est dominorum in servos, sed tantum æconomicam, quæ magis propriam potestatem, quam aliam quamlibet dominationem refert. Et id primo constat ex sententia relictæ Aristotelis ac Platonis ut supra. Si enim dominativa potestas primo, & per se in Superioris commo dū ordinari, cum constet Religiosos, & per se non ordinari in Religionis, aut Superioris utilitatem, cum Religiosi non sint propter Religionem, sed potius è contrâ, propter Religiosos Religio, evidenter colligitur potestatem hanc non dominativam, sed æconomicam tantum esse, colligitur quoque evidenter ex illis verbis. Luc. 22. Reges gentium dominantur eorum, vos autem non sic, sed qui major est vestrum, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut qui ministrat. Quæ verba, inquit, Bernardus Lib. 2. de consideratione ad Eugenium non solum de humilitate, sed & veritate dicta esse, modumque & formam potestatis à Christo Domino Ecclesiæ suæ relictæ contineri. Et lib. 3. comparat Bernard. hoc potestatis genus villico, vel pædagogico, his verbis. Nam & illi villa, & huic parvulus Dominus est subiectus, & tamen neque ille villa, neque hic Domini sui dominus est, ita inquit, & tu præsis ut providens, ut consulas, ut procures, ut serves, præsis ut servus, ut fidelis servus, quem constituit Dominus super familiam suam. Ad quid? ut desillus escam in tempore, hoc est, ut dispenses, non ut imperes. Hæc Bernardus. Ex quibus apparet eum, qui in Religione præest, servum esse; nam servit omnibus commodis, & profectibus tam corporalibus, quam spiritualibus. Quare idem Bernardus Ser. 25. in Cant. idem munus esse ait rectorum spiritualium quod medicorum, quorum omnis cura ad ægri utilitatem refertur; imò & serm. 23. ibidem eos matres appellat, idque eorum officium ita exhortando demonstrat. Suspendite, inquit, verbera, producite ubera; pectora lacte turgescant, non typo turgescant. De quo nos latè ex autoritate Basilii, Augustini, & Francisci, aliorumque Patrum sub finem nostræ Reg. in Exhortatione illa Prioris ad humilitatem disservimus.

Constat igitur ex dictis, Religiosorum subjectionem, quantum ad incapacitatem, cum qua connexa est, actiorem esse in jure acquirendi, qualibet alia humana servitute, nec excogitari posse majorem incapacitatem, & privationem dominii eâ, quæ Religiosis competit, tam ratione obedientiæ, quam ratione voti paupertatis. Quantum verò ad alios effectus hanc subjectionem, & obedientiam non esse æque duram ac illam, qua servi sunt addicti, sed potius esse ingenuan servitutum, & suavissimam obedientiam, in qua Prelati non principum, vel dominorum jura, sed potius Pastoris, Patris, Medici, Gubernatoris, ac etiam Matris exercent.

CAPUT VII.

De duplici Voto Paupertatis solemnii & simplici, ac etiam de paupertate in communi & particulari, quæ æqualis est omnibus Religiosis.

Rectius percipiuntur ea, quæ nuper de paupertatis voto tradidimus ex divisione illa Thom. à Jesu Oper. Tom. L

communis hujus voti in votum simplex & solemne, quæ divisio communis est aliis etiam votis obedientiæ & castitatis. De differentia inter votum simplex & solemne, multi multa hoc tempore scripserunt, breviter tamen aliorum opiniones referentes nostram statuemus; præmittentes primo non esse controversiam de differentia istorum votorum quantum ad effectum, cum inter omnes constet, ea ab effectu penes hoc differre, quod solemne dirimat matrimonium contractum, quia hominem reddit inhabilem ad contrahendum; simplex verò licet impediatur contrahendum, quia peccaret sic contrahens, non tamen invalidat neque dirimit contractum. Quare difficultas est, quomodo differant hæc vota à priori; id est, suis propriis rationibus. Dux sunt præcipuæ opiniones de hac re.

Prima docet natura sua distingui, in quo autem hæc differentia consistat, non uno modo explicant hujus sententiæ Authores, alii dicunt votum simplex esse, quo quis suæ personæ promittit obsequia & ministeria, non tamen tradit suam personam; votum verò solemne esse traditionem personæ, & ex consequenti aliorum omnium. Unde inferunt votum solemne in traditione consistere, simplex verò non item; sic ut solemne votum & simplex differant, non aliter atque sponsalia & matrimonia, quod sicut in Sponsalibus est sola promissio futuri conjugii, in matrimonio verò traditio, qua unus conjux se alteri tradit; sic in simplici voto v.g. Religionis est sola promissio, qua quis promittit Religionis ingressum, in solemni verò traditio ipsa, qua is qui vovet, sese Religionis tradit, & Religio eum admittit ac recipit. Ex quo oritur aliud discrimen, quod in solemni voto non solum est promissio sive traditio, sed etiam est acceptatio expressa ex parte Ecclesiæ, sive Religionis, quæ loco ipsius DEI acceptat hanc traditionem, & ipsa sese adstringit ad sustentationem & ad functiones alias obeundas in commo dum profitentis, quo fit, ut solemne votum emittatur in manibus alicujus, qui nomine Religionis, seu potius DEI recipiat illam promissionem; in voto verò simplici sola est promissio, quia nullus est, qui nomine Religionis vel Ecclesiæ recipiat, & ubi receptio non est, nequit esse traditio. Hujus sententiæ fuit De Thomas & innumeri alii Authores, quos novissimè latissimèque refert P. Sanchez, de Matrim. Tom. 2. lib. 7. disput. 25. num. 7.

Alii aliter distinguunt, docentes votum solemne esse ex natura sua perpetuum, simplex verò licet ex accidenti possit esse tale, non tamen necessario, quia sæpe multa vovemus ad tempus. Demum alii quod solemne in quadam consecratione consistat, non ita simplex.

Secunda sententiæ docet votum simplex & solemne ejusdem rei, non differre per se ex ipsius voti ratione & natura, vel jure divino, sed sola Ecclesiæ constitutione; quam sententiam sequuntur ferè omnes Juris Pontificii Interpp. & novissimè gravissimi Authores, quos ibidem refert & sequitur P. Sanchez. Nos verò media via incedentes, breviter inter hæc vota, eam discriminis rationem assignamus, quod licet conveniant in ratione promissionis, tamen solemne votum habet adjunctam traditionem perfectissimam promissioni, quam non præselet votum simplex, ut sentiant Authores primæ sententiæ, quia Religiosus sponte se & omnia sua obtu-

Ecc 2

obtu-

IESU
Spiritus
II

Vid. nost. Antonii 2 part. direc. dicitur Reg. Tract. 3. disp. 1. n. 83. & leqq. & Andr. à Matre DEI T. 6. 4. Curs. moral. Theol. Tract. 15 Cap. 1. punct. 30.

frionem, led
tunc verè di
cum filio,
lum, Quod m
ita exit potest
exercerent, cum
tione domini
desti.
Pontifice (te
em Religionis
in temporalit
atum pertine
perfectionis
andam perfe
ac magist
2. quæst. 186.
fuit, ut apud
teriori iustit
chorum jura
confessione
denique reli
spectantia
icare decet.
jungitur, ut
Religiosi, in
et verus iudex
oro. Ex pro
rebus Eccles
um iustit
Hæc enim
tione, ac
tholica acco
ne, & po
imus, de
mediore à
s surmo
tione ro
ai omnino
nibus suo
nem, &
oro perfe
potestare,
Prelato
prior illa
ne in Do
tio.
3. Ebbis. Dupli
ty domi
ur prin
afq
e utilitat
tar po
per ac
capa
ato utili
alio b
esse, me
respicit
tu, al
tisi per
accipit
m.
identit
avi vo
os, viri
onlen
qui ut
d ipsius
mibus
eorum
s mo
ervilli,
s cum
onde
testa.

obtulit Religioni, haud aliter ac si esset servus Religionis, non habens dominium sui corporis, suorum bonorum, neque suae voluntatis, sed haec omnia resignavit in manus Praelati: oportebat enim in Religione Christiana, quae Dei obsequio est addictissima, inveniri statum, in quo non solum homines voto se adstringerent faciendi aliquid in DEI honorem & gloriam, sed etiam in quo totum dominium suae personae DEO, sive Praelato ejus vices gerenti, in holocaustum perpetuo traderent, quod sine dubio perfectissimum est genus colendi DEUM. Haec autem traditio regulariter non invenitur in votis simplicibus: quod si demus in aliquibus inveniri posse & de facto inveniri in votis emissis à Religiosis Societatis JESU post biennium, ut Gregorius XIII. declaravit: tamen illa traditio non est perfectissima; quia emittentes simplicia vota, nondum sunt exati dominio sui corporis neque bonorum exteriorum, quia per legitimam dimissionem à societate, ut in citata bulla Gregorij decernitur, possunt jure uti suis bonis, & licet illa traditio reddatur Religiosis inhabilis ad contrahendum Matrimonium, tamen non reddit illos omnino & irrevocabiter inhabiles, quia cum primum dimissi fuerint ex societate, manent habiles ad Matrimonium, quare in voto solemni est perfectior traditio, quam in simplici, primò in perpetuitate & independentia ab omni eventu. Secundo in incapacitate perpetua cujuscunque domini, aut matrimonii; & haec ultima perfectio nulli voto simplici est communicabilis, quia jam esset solemne.

Hic igitur breviter praemissis, nostra sententia ex eo demonstrari potest, quia in omni opinione illud certum est, voti solemnis differentiam primariam esse illam, à qua provenit incapacitas cujuscunque domini, & irritatio matrimonii, sed haec provenit à traditione perfecta, quae fit per votum obedientiae, ut in superioribus annotavimus, per quam homo se & sua omnia tradit DEO, non aliter ac si aliquis traderet se totum alicui & totum jus suum, non solum acquisitum, sed & acquirendum, & totam potestatem sui corporis etiam quoad venerea, ille omnino inhabilis redderetur ad tradendum corpus uxori, vel pecunias alteri; Similem autem perfectissimam traditionem fieri in voto solemni, nemini dubium est, quia professio est perfectissimum holocaustum, & perfectissimus modus offerendi se DEO.

Objeccio 1. Dices primo, Si per votum obedientiae fit haec totalis & perfectissima traditio, tam corporis quam domini cujuscunque rei, & de ratione voti solemnis est similis traditio, sequitur castitatis & paupertatis vota non esse solemnia, quia per illa non fit haec totalis & perfecta traditio, cum jam facta sit per obedientiae votum.

Nam voto paupertatis nemo potest se inhabilem reddere ad dominia rerum capessenda, ut supra C. 5. probavimus. Et à fortiori nemo poterit seipsum per castitatis votum inhabilitare ad matrimonium, nec à se abdicare dominium sui corporis in hac parte, sicut nec dominium rerum temporalium.

Objeccio 2. Secundo objicies, quia sicut per votum solemne obedientiae fit haec traditio totalis (quia per votum solemne obedientiae tradit homo suam libertatem & personam) eandem etiam tradit per votum simplex obedientiae emissum in

Religione societatis, & acceptatum per superiores ejusdem Societatis; Nam ex decreto Gregorij XIII. emittentes haec vota sunt vere Religiosi & confirmatur, quia ex statuto Ecclesiae pollicentibus simplicibus votis fieri hanc perfectissimam traditionem, igitur differentia non consistit in dictis.

Ad primam objectionem, Respondeo, obedientiae voto fieri illam traditionem perfectissimam in consecutionem personae, ut plenus explicavimus praedicto Cap. 5. ita tamen, ut haec incapacitas & matrimonii & domini, licet oriatur ex traditione, quae fit per votum obedientiae, non tamen proprie est materia voti obedientiae, sed votorum paupertatis & castitatis, per quae sponsa à voventibus firmatur, ac proinde haec materia horum votorum.

Ad secundam Resp. votis simplicibus emissis in Societate nulla ratione fieri hanc perfectissimam traditionem. Nam neque qui emittit similia vota, neque qui acceptat, ex parte DEI, intendunt hanc totalem & perfectissimam traditionem, & quamvis ipsi hoc ipsum pratenderent nihil facerent, imò nec statuto Ecclesiae pollicentibus his votis simplicibus fieri hanc perfectissimam & totalem traditionem manentibus intra naturam simplicium votorum, quia in illo casu omnino essent solemnia vota.

Neque praedictis obstat decisio Bonifacij VIII. in Cap. unico de voto in 6. in quo decernitur solemnitatem voti pendere ex statuto Ecclesiae; quia licet verum sit in hac traditione perfectissima consistere essentialiter tanquam in prima radice solemnitatem voti, & per hanc jure naturali & divino differre à voto simplici, libenter tamen admittimus complementum hujus solemnitatis pendere ab Ecclesiae statuto, quia cum haec traditio nequeat esse perfecta, nisi acceptetur ab Ecclesia hoc est, à Superioribus constitutis ab Ecclesia, ac in Religione DEI vices gerentibus, ad Summum Ecclesiae Pastorem spectabit potestatem inferioribus concedere ad acceptandum nomine DEI, & leges praefere libere, quibus servatis & non alias, acceptatio legitima fit, ac domini translatio in DEUM, & in Religione sequatur, ut de facto disposuit Concilium Tridentinum, circa aetatem & tempus Novitatus, & caeremonias alias in Professione servandas, quae omnia licet accidentalia sint, sunt tamen conditiones, sine quibus non acceptatur ab Ecclesia votum solemne, & ita ejus complementum suo modo pendet ab Ecclesiae statuto, non tamen ob hanc causam solemnitas est de jure Ecclesiastico, sicut essentia matrimonii constat perfectè & integre ex jure naturali & divino, quamvis conditiones ab Ecclesia petantur, sine quibus consistere nequit, sint de jure Ecclesiastico. Quare prudenter Bonifacius VIII. in illo Cap. unico de voto in 6. non dixit, solemnitatem voti in sola, Ecclesiae constitutione consistere, sed ex sola Ecclesiae constitutione inventam esse, quia ad Ecclesiam attinet admittere Religiosi votum, ad talem effectum, ut deinceps in DEUM transferatur personae dominium, & eo ipso, jure etiam naturae & divino persona fit inhabilis ad Matrimonium, quia transit tanquam mancipium divinum in peculiare DEI dominium.

Ex quibus non sequitur summum Pontificem non posse dispensare in voto solemni, ut perpetuam Magister Soto colligebat; imò potius posse, quia

Vid. loc. cit. P. Andriae II. 42.

quia licet traditio illa totalis & perfecta, jure naturali & divino transferat dominium in DEUM, transferit tamen, medio judicio & acceptatione Ecclesiae; Ecclesia autem nomine DEI, ea quasi tacita conditione acceptat, ut si opus fuerit & ad ejusdem Ecclesiae bonum conducatur, hujusmodi personam, ut ita dicam emancipare, seu manumittere, ut sui juris effecta dominium sui, suorumque bonorum recuperet, possit id liberè præstare; nec enim Ecclesia, quæ liberè poterat non acceptare; ita acceptat hujusmodi traditionem, ut deinceps potestatem non habeat utendi illo Ecclesiae membro in majorem DEI gloriam, & ejusdem Ecclesiae augmentum, ut *infra* dicemus.

Vid. Tò. Rursus paupertas est duplex, alia est tantum in particulari, quam omnes religiosi proficiuntur, 3. Curs. Theol. moral. est de essentia voti paupertatis, de qua sermo est in capite, *Non dicitur*, in capite, *Monachi*, & in capite, *Cum ad monasterium*, sæpius à nobis citatis, per quam licet quilibet Religiosus abdicet à se capacitatem domini, & alterius cujuslibet juris ad exteriora bona, potest tamen in communi possidere in quantum in sua Religione redditus, & possessiones habentur, ut contingit in ordine Carthusian. Benedic. & aliorum monachalium, in quibus monasteria habent suos redditus, & bona immobilia.

Talis enim fuit usus monasteriorum antiquorum, ut reciperent quicquid in commune volebant conferre, qui monasticam vitam proficebantur, ut patet ex Augustino in Epistola 109. ad sanctimoniales: ubi sic ait: *Quæ aliquid habebant in seculo quando ingressa sunt monasterium, libenter velint illud esse commune.* Item serm. secundo de communi, *communis vita clericorum: vivunt, inquit, nobiscum & in quo in societate communi, & nemo eos distinguit ab eis, in quo qui aliquid attulerunt.* Et libro de opere monachorum capite 25. ideo dicit divites non teneri ad opus manuum, quia monasterio sua bona contulerunt, de quo latius *infra* in 5 parte differemus.

Altera paupertas in communi dicitur, per quam nihil omnino, neque in communi, neque in particulari possidetur. Quæ non solum ad personas, sed etiam ad Convenus quantum ad redditus, & immobilia bona extenditur, quam Franciscus & ejus ductus exemplo Dominicus suo Ordini servandum reliquerunt, ut dicitur in Capite, *nimè*. Secundo de excessibus prælati, ibi, in *arctissima paupertate*; quæ verba de paupertate in communi sunt intelligenda, ut *ibid.* notavit Abbas, & ante ipsos, (ut in Capite 8. *Commentariorum*, ad nostram regulam exposuimus) nostri Ordinis professores ab ALBERTO Patriarcha Hierosolymit. simul cum Regula acceperunt.

Differunt præterea utraque paupertas, quod prima cadat sub voto, emittitur enim de illa solemne votum paupertatis in omnibus Religionibus, de paupertate autem in communi, non invenio votum apud ullam Religionem. Nam licet vulgus existimet universa præcepta Reg. B. Francisci (de qua poterat esse dubium) esse solemnia vota, contraria tamen sententia longè probabilior videtur, nempe quod præter tria essentialia vota, quæ communia sunt omnibus Religiosis, nullum aliud speciale emittatur à Minoribus in professione suæ Regulæ, sed quicquid præter

Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

hæc tria in Reg. statuitur, solum habeat vim præcepti, non voti, quod imprimis aperte colligitur ex Concil. Viennensi, relato in Clementi. *Exiit de paradiso*, ubi sic scriptum habetur: *Declaramus & dicimus quod dicti Fratres non solum obligantur ad tria vota, nudè, & absolute accepta: sed etiam teneantur ad ea omnia implenda, quæ sunt pertinentia ad hæc tria, quæ regula ponit, & infra.* Nec tamen putandum est quod B. Franciscus, professores hujus Regulæ quantum ad omnia contenta in Regulæ modificatione tria vota aequaliter intenderit esse obligatos.

Et infra læcetur præcepta à tribus votis, solum ergo ea, quæ ex natura vel sunt materia horum votorum, cadent sub obligatione voti (sicut in aliis Religionibus fit). cætera verò in modificatione tria vota, qualia sunt arctissimus usus rerum, vel paupertas in communi, quæ media sunt ad perfectiorem observantiam paupertatis, sicut jejunia, & alia castigationes corporis ad castitatem, non cadent sub voto, sed sub præcepto. Quare in nulla religione (quantum ego noverim) emittitur votum de paupertate in communi: sed tantum ea servatur, vel ex præcepto Regulæ, ut in nostra Religione, & in Religione Minorum contingit, vel ex Constitutionibus propriis, quæ ratione fuit introducta apud cæteros Mendicantes. De paupertate vero privata semper fit in Religionibus speciale votum, ut superius prob.

Secundo differunt; quod hæc paupertas in communi solet esse major vel minor secundum varias constitutiones Religionum. Paupertas verò privata, quæ cadit sub voto, æqualis est in omnibus Religionibus, ut tradit Sylv. *verb. Religio 6. n. 4. in fin.* Et colligitur ex *Extravag. quorundam de verb. signific. ac sacris* supponit id ut certum Alvarus Pelagius *libr. 2. Cap. 56. 59. & 60.* Etque ratio evidens & aperta; quia voto paupertatis abdicant à se Religiosi dominium omnium bonorum, ita ut omnino fiant expertes cujuslibet juris politici & civilis; igitur cum omnes hæc incapacitate sint præditi, non est unde hæc paupertas in particulari suscipiat magis vel minus.

Ex quo infertur quod stante hac paupertatis æquali in omnibus professione, fieri contingat, ut in diversis Religionibus usus sive exercitium hujus voti non sit omnibus æquale. Quod ex eo provenit, quia licentia Prælatorum tacite vel expresse sunt inæquales. Et ideo cum eodem, & simili voto paupertatis fiat, quod in una Religione talem quantitatem quis possit expendere in suos, vel alienos usus, qualem monachus in alia non possit distrahere, sine nota proprietatis, sicut in eadem Religione cum Prælati & subditi sub eodem paupertatis voto reneantur, prælati de rebus monasterii cum debitis circumstantiis disponere possent, quas subditi nequit attingere.

Quod est maximè animadvertendum, ut eorum errorem, & ignorantiam rejiciamus, qui argumentum, & Regulam ex his, quæ in administratione, aut largitione in aliqua Religione contingunt ad aliam trahunt, qui considerare deberent illud in illa Religione ex interpretata licentia licere, quod omnino ubi talis licentia non extat, fieri non posset. Unde etiam rejiciendi sunt authores, qui absolute omnibus Religiosis unam eandemque regulam circa paupertatem tradunt, cum potius inspicienda sint propria

Ecc 3

uniuicuique

IESU
Spirit.
II

uniuscujusque Religionis statuta, consuetudines, ac praxis recepta.

CAPVT VIII.

De peccato proprietatis, paupertatis voto opposito, declaraturque verus sensus prædicti Cap. *Non dicatis.*

In quo consistat proprietas peccatum.
Cognita voti paupertatis ratione, restat ut de proprietatis vitio illi opposito dicamus, facile enim erit ex cognitione unius oppositi alterius notitiam adipisci. Peccatum igitur proprietatis istud, & in rigore sumptum in eo consistit, ut quis appropriet sibi bona ea, quibus in emissionem voti paupertatis renuntiavit. Unde possessio cujuslibet rei pretio æstimabilis, aut desiderium illius monachum rem proprietatis constituit, ut latius *part. 2.* prosequemur.

Loquimur de proprietate ut includit dominium, & jus quodlibet civile. Nam cum paupertas præ se ferat abdicationem cujuscumque rei pretio æstimabilis, ut ex superioribus constat, nomine *proprietatis* intelligimus appropriationem cujuscumque domini, sive juris civilis; quod pecunie nomine significatur. ut constat ex *l. pecunia, de verb. signif.* ubi sic dicitur: *Pecunia nomine non solum pecunia numerata, sed etiam omnes res tam soli, quam mobiles, & tam corpora, quam jura continentur.* Quodlibet igitur jus civile paupertati repugnat, non minus ac dominium sive proprietatis rei, ut *Cap. 1.* diximus.

Varia sūt proprietatis species.
 Varii sunt actus, sive species proprietatis, cum multiplex & varius sit modus, quo quis potest disponere de aliqua re. Nam potest eam alienare, idque donatione, venditione, testamento, vel aliis viis, aut potest eam permutare, pignori aut deposito tradere, commodare, mutare, aut eam alio modo tradere. Et præterea potest quis in aliqua re comparare jus, eam ab eo, qui donare potest, accipiendo. Ac denique ex rei administratione potest oriri jus, quale habent tutores circa pupillorum bona. Hæc sunt, & alia jura, quæ proprietatem subdividunt, de quibus nos in hac Paupertatis Tractatione sumus dicturi, latiusque ostensuri, tam ratione, quam ipso jure hos omnes actus paupertatis voto contradicere.

Ex his, & ex supradictis licet colligere verum

sensum, veramque interpretationem dicti Cap. *Non dicatis*, in quo si ejus verba attentè considerentur, tria continentur. In priori aperte statuitur vera, & certa conclusio. In 2. prob duplici ratione. In 3. verò elicitur corollarium. In prima igitur parte talis stabilitur concl. *Nullus religiosus potest aliquid habere ut proprium, sed potius omnia bona monasterii debent esse omnibus communia, & distribui unicuique à Pralato juxta ejus necessitatem.* In 2. vero parte additur ratio hujus decisionis, probaturque d. applicet, in illis verb. *Cum nostra Congregationis Fratres &c. usque debere.* Primum igitur principium sive prima ratio in dicto Cap. adducta, quæ fuitur proposita Conclus. est, quia Religiosi per votum paupertatis propriis facultatibus renuntiarunt, ergo nihil proprii habere possunt. Secundum principium est, quia per votum obedientiæ propria voluntate abdicata se penitus Prælatorum potestati & imperiis pro Christo subdiderunt. Quare cum ex *suprad. Cap. 4. & 5.* annotatis constat, tam per votum paupertatis, quam obedientiæ Religiosos omnem domini ac possessionis capacitatem exuere, rectè colligitur in dicto Cap. eos nihil habere, possidere, dare vel accipere, sine superioris licentia debere. Quasi dicat: tam ratione voti obedientiæ, quam paupertatis Religiosi nihil proprii habere possunt, ac ex consequenti, nec dare, nec accipere aliquid valent sine prædicta licentia. Verba igitur repetamus: *non dicitur vobis aliquid proprium, sed sint omnia communia.* In *tert. verò parte Cap.* quæ incipit ibi: *Quod si propinquus, vel amicus &c.* elicitur consuetudinum, & quasi demonstrat quid consequatur ad votum obedientiæ, & paupertatis, nempe, non solum nihil ut proprium retinere, vel occultè accipere, quod tam à voto obedientiæ, quam paupertatis dimanat, sed insuper omnia, quæ Religioso obveniant, Pralato assignentur, monasterio acquirantur, & in ipsius Prælati sint potestate, ut ipse de illis pro libitu disponat. At ergo Augustinus in hunc modum: *Quod si quis propinquus, vel amicus, aut etiam pater alicui Religioso aliquam vestem, sive quodlibet aliud etiam necessarium contulerit, non occultè accipiat, sed Priori insinuetur & suscipiatur si ipse mandaverit, ac præterea sit in potestate Prælati, ut in rem communem reddat, cui necessarium fuerit, præbeat, aut fiat quod Priori placuerit. Unde si quis rem sibi collatam celaverit, tanquam fur erit judicandus.*

Hæc sunt, quæ in nostro textu voluit Augustinus: oportet tamen, ut singula discutiamus: quod congruentius fiet in sequentibus.

SECUNDA PARS HUIUS OPERIS.

De Proprietate abdicanda, & de acquisitione bonorum,
quæ per Monachorum ingressum monasterio
acquiruntur.

Text. in Cap. *Non dicatis.*

Non dicatis vobis aliquid proprium. Et infra: *Quicumque autem in tantum pro-
gressus fuerit malum, ut occultè litteras ab aliquo, vel quolibet munus accipiat,
Et infra: Certum est eos nihil habere, possidere, dare, &c. Et infra: Non occultè
accipiat, &c.*

Text. in Cap. *Monachi*, de statu monachorum.

Qui verò peculium habuerit, à communione removeatur altaris; & qui in extremis
cùm peculio inventus fuerit, nec dignè pariterit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter
fratres sepulturam accipiat, quòd etiam de universis Religiosis præcipimus observari.

Ex Cap. *Cùm ad Monasterium.* cod. tit.

Prohibemus quoque districtè in virtute obedientia, sub obtestatione divini iudicij, ne
quis monachorum proprium aliquo modo possideat: sed si quis aliquid habeat proprium,
totum in consenti resignet. Si verò post hoc proprietatem aliquam deprehensus fuerit
habere, regulari monitione præmissa, de monasterio expellatur, nec recipiatur ulterius,
nisi peniteat secundum monasticam disciplinam. Quod si proprietatem apud quemquam
inventus fuerit, in morte ipsa cum eo in signum perditionis extra monasterium in sterqui-
linio subterretur, secundum quod B. Gregorius narrat in dialog. Vnde si quicumque alicui
fuerit specialiter destinatum, non præsumat illud accipere sed Abbati vel Priori, vel
Cellario assignetur. Et infra: *Ne astimet Abbas, quod super habenda proprietate
possit cum aliquo monacho dispensare, quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia ca-
stitatis adeo annexa est Regulæ monachali, ut contraeam, nec summus Pontifex possit
licentiam indulgere.*

Ex Conc. Trident. sess. 25. Cap. 2. de reformat. regulari.

Nemini igitur Regularium tam virorum, quàm mulierum liceat bona mobilia vel
immobilia, cuiuscunque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquisita, tan-
quam propria, aut etiam nomine conventus possidere vel tenere, sed ea statim superiori
tradantur, &c. Et infra. *Quod si quis aliter quisquam tenere deprehensus aut convi-
ctus fuerit: si biennio activa, & passiva voce privatus sit, atque etiam iuxta sua re-
gula, & ordinis constitutiones puniatur.*

ORDO SERVANDVS.

SI verba horum Caputum perpendantur, attenteq; considerentur, invenire
Slicebit in eis : Primum à monachis proprietatem procul re, & verbo arceri.
Secundum penas decerni, easque gravissimas in proprietarios, Tertium ita esse
annexam religioso statui proprietatis abdicatorem, ut nec summus Pontifex
possit contra eam, licentiam indulgere. Quartum De acquisitione bonorum,
quæ per monachos monasterio accedit ; Hæc sunt, quæ breviter ex prædictis
locis excerptimus, circa quæ hujus Tractationis Secunda Pars versabitur, simul
que explicabimus alios proprietatis actus, quos etiam monachis interdicti infra
probabimus.

CAPVT I.

Monachus nihil proprium dicere po-
test, nedum habere.

Religiosum
nihil ut
proprium
habere
possit, ex
SS. PP. &
Concilio-
rum de-
cretis pro-
batum.

Ratione voti paupertatis monachum nihil
posse habere proprietatis ex superioribus
constat, & Patrum testimoniis frequenter tradi-
tur.

Imprimis Urbanus I. in Epistola, seu Decretali
de paupertate loquens, sic ait: *Quicumque vestrum
vitam communem suscepit, & vovit se nihil proprium
habere, videat ne pollutionem suam irritam faciat.*

D. Basilus in Constitutionibus monasticis C.
35. Debet, inquit, pietatis cultor, qui vitam com-
munem amplexus est, ab omni privata rerum posses-
sione liber esse, & serm. de exercitatione monastica.
Monachum oportet cum prius nihil in vita, quod ju-
ris sui proprium sit possidere.

Callianus lib. 4. de institutu renuntiantium C. 3.
de Egypti monachorum paupertate loquens:
nulli, inquit, cistellam, nulli pecuniam, im sportellam li-
ceat possidere, nec tale aliquid, quod ut proprium re-
tineat, suo debeat communitate signaculo.

Divus quoque Benedictus in sua Reg. C. 33.
Neque aliquid, qui presumat habere proprium, nul-
lam omnino rem, neque codicem, neque tabulam, neque
graphium, sed nihil omnino.

Et Divus Augustinus in tribus Regalis quas
condidit, & maxime dicto Cap. Non dicatis, ibi,
certum est eos nihil habere, possidere &c. idem defi-
nitur in dicto Cap. Monachi, ibi, nec peculium
permittantur habere, &c. & dicto cap. Cum ad
monasterium ibi, prohibemus districtè in virtute
obedientia, ne quis monachorum proprium aliquo
modo possideat.

Concil. Trid. dicta sess. 25. Capit. 2. idem di-
strictè interdicit, dum ait: *Nemini igitur Regularium,
tam virorum, quam mulierum liceat bona cu-
juscumque qualitate fuerit tanquam propria posside-
re. Idem decernitur in Concil. Provinciali Oxo-
niensi Anglicano, dum ait: Quoniam non licet
viri religiosi aliquid proprium possidere, qui se & sua
pariter in ipso religionis ingressu Domino dedicaverunt,
&c.*

In Concil. Colonienfi sub Conrado Archie-
piscopo Anno 1260. celebrato, et de monachis
& eorum conversatione & vita Cap. 3. Statuimus
quod monachi proprium non habeant. Et demum in
Concil. Mediolan. percelebri novissime sub B.
Carolo Borromeo Cardinali, Anno 1577. ce-
lebrato parte 3. et de communi vitæ usu, ac de
proprietate tollenda, dum de monialibus agit,

similia verba habentur: *Tuum, & meum, atque
omni privata rerum possessio, & re. & verbo omni-
no tollatur: neque ulla sit, quæ quicquam possideat
ut proprium etiam si ad necessitatem concessum sit.*

Nec solum à proprietate ipsa rei habenda SS.
Patres monachos arcendos esse, verum & illud
statuerunt, ut nec quidquam oretenus prop-
rium appellare illis esset permittum. Quam
consuetudinem in Ecclesia primitiva fuisse ac-
curatè observatam, ex Apostolorum Act. Cap.
4. accepimus, ubi legitur: *Nec quisquam eorum
quæ possidebat suum aliquid esse dicebat. Unde Basil.
in Reg. Brevioribus hanc eisdem rigidam, interro-
gatione 85. protulit sententiam Qui dicit aliquid
suum esse, supsum alium reddidit ab Ecclesia DEI,
& charitate Domini, qui quidem & re, & verbo do-
cui ponendam esse animam, pro amicis, nedum res
externas.*

Divus Augustinus Serm. 1. de vita communi
cleric. *Quantum, inquit, possimus, imitemur,
Sanctos, de quibus loquitur liber Act. Apost. nemo
dicebat aliquid proprium. Idem reperit Epistola
109. Divus Chrysostomus suæ ætatis mona-
chos commendans, ait. Non est ibi meum ac-
tuum, sed hoc verbum penitus eliminatum est, mul-
torum causa malorum. Et quod magis miran-
dum est, ita hunc ritum inter antiquos: mona-
chos observatum fuisse tradit Callianus ubi
supra ut etiam ille, quin considerate proprium
aliquid appellabat, tanquam reus puniretur.*

Et hanc observationem in suis monasteriis ita
florete magnus ille Basilus optavit, ut in qua-
sitionibus suis explicatis quæst. 32. Parentes etiam
ac cognatos communi nomine fore appellen-
dos decreverit. Idem denique habetur in dicto
Cap. Non dicatis, ibi. *Non dicatis vobis aliquid
proprium. In quæ verba Gerfon in opusculo con-
tra proprietarios sic ait: Si ergo expresse prohibet
Augustinus verbum proprietatis, à fortiori & sa-
ctum. Quasi dicat: si enim aliquid proprium
appellare monachis prohibetur, quanto magis
illud habere, aut retinere. Quare in prædictis
verbis utrumque horum prohibetur, & posside-
re aliquid proprium, & proprium aliquid dicere,
licet illud tanquam in invicem voto paupertatis
præsupponatur, hoc vero tanquam utile ad
ejus observationem commendetur.*

Quæ verò ratio sit, cur tam seridè ac
strictè monachis omnis proprietatis inter-
dicatur, colligere licet ex his, quæ priori
parte hujus operis adduximus: ubi incom-
moda, quæ ex possessione sive proprietate
temporalium bonorum oriuntur retulimus.
Et qua etiam ratione sint impedimenta ad
perfe-

Nisi
quæ
appellat

Quem
videt
terris
atque
monachi
obser-
verat.
Parentes
ac cognatos
communi
nomine
appellari
sunt
suum.

perfectiorem comparandam, demonstravimus, & constabit amplius ex his, quæ seq. Capite dicemus.

An. & Sed restat examinandum an proprium aliquid appellare sit peccatum? Navarr. *dist. Cap. Non dicatur n. 1.* tunc hoc existimat esse peccatum, quando quis non solum voce, sed re appellaret, & crederet sibi aliquid proprium; minime verò peccatum censet, si quis sibi rem usui à Prælat'o concessam propriam appeller. Alii vero Canonistæ, ut sunt Archidiaconus, Cardinalis, & Alexandrinus in Commentariis dicti c. *Non dicatur*, & alii Expositores Regule D. Augustini sentiunt Religiosum peccare, talem venialiter, qui absolute libros, cellam, vestes, aut quid aliud proprium appellat. Quod etiam nobis videtur necessario affirmandum in nostra Religione. Quia cum nostra Regula id clarè præcipiat: & hæc obliget ad peccatum veniale, non video, quare ratione si possint excusari, nisi ex ignorantia, aut inconsideratione faciant. In aliis vero prædicta obligatio cessat, quo ad modum loquendi, licet quoad rem in omnibus Religionibus æqualis sit obligatio.

CAPVT II.

De malitia peccati proprietatis, & de peccatis tam à iure, quam à Patribus impositis proprietariis.

UT huius peccati gravitas æqua lance ponderetur, malitiam ejus considerare oportebit. Et imprimis si naturam hujus vitii spectes, communis omnium Doctorum consensus tenet ipsum esse ex genere suo mortale. Deinde ad specificas malitias descendendo, multæ in eo repetuntur, quæ gravitatem ejus clarè demonstrant. Cum autem peccatum hoc aperè pugnet cum voto paupertatis, manifestum est, sacrilegii malitiam in ipso inveniri, nam cum voto paupertatis Religiosus à se omnia bona abdicaverit, ac in perpetuum rejecerit, si postea ea reassumat, ac sibi appropriet, sacrilegium hac proprietate committet. Quæ prima & essentialis est in hoc peccato ratio, ut *sup. Cap. 2.* diximus.

Præter hanc sacrilegii malitiam reperitur alia, nempe peccati inobedientie ratione præcepti allati in *Cap. Cum ad monast.* De statu monachorum. Nam, cum materia hujus voti ex se non cadat sub obedientie voto, ut *sup. Cap. 5.* diximus, certum est quod si novum præceptum obedientie ei superaddatur, ejus transgressorem inobedientie reum constituet.

Tertio huic malitiæ alia, quæ justitiæ contraria est, sæpe annectitur, quia sæpe proprietatis vitium, cum furto conjunctum invenitur. Unde antiqui Patres peccatum hoc proprietatis furum nominarunt. August. in sua Reg. *Quod si aliquis rem sibi collatam celaverit furti iudicio condemnatur.* Et consentiunt BASIL. in Constitutionibus monasticis *Cap. ult. Furtum est, ait, privata possessio.* Hugo Victorin. in Expositione Reg. S. Augustini & Bonav. 2. *partie speculi C. 4.* ex quibus idem sumplerunt posteriores. DD. Corduba in *summa Hispana q. 109.* & Navarr. 1. 3. *de restitu. C. 1. n. 171.* qui expressè docent peccatum contra votum paupertatis duplicem habere malitiam; alteram furti, alteram contra votum, Ra-

tio est, quia furtum nihil aliud est, quam contra-ctatio rei alienæ invito domino, unde cum Religiosus rem monasterii dans, commutans, aut vendens, aut alio quovis modo monasterium illa privans, rem non propriam contra Prælati, & monasterii voluntatem contrahet; manifestum est illum furti vitio maculari.

Idem dicendum est de monacho, qui rem acceptam ab alio occultè retinet, cum illius dominium in monasterium ipso jure transferatur. Secundum id quod in *Cap. in præsentia de proba-tionibus* dicitur: *Quicquid monachus acquirit, monasterio acquirit.* Unde si contra voluntatem Prælati aliquid occultè retinet, furti arguendus est & maxime quia cum per obedientie votum se & sua monasterio tradiderit, contra justitiam facit, si aliquid ignorante monasterio possideat. Non aliter ac servus vel Filiusfamil. qui usurpat sibi bona domino aut patre invito.

Fateor hanc malitiam injustitiæ aliquando in hoc peccato non reperiri, cum fieri possit ut quis actum proprietatis exerceat sine hoc quod furtum committat. Ut si Religiosus intra monasterium rem notabilem suis usibus deputatam, alteri ejusdem monasterii donaret contra voluntatem Prælati. Tunc cum nulla monasterii bonis injuria inferatur, furtum non est, tum etiam quia ratio essentialis voti paupertatis non includit illam injustitiæ circumstantiam, sed illa ex vi voti obedientie oritur. Nam aliud est non retinere aliquid eorum bonorum, quæ quis alteri acquirit, quod ratione obedientie monachis competit, aliud verò nihil proprium ratione voti emissi possidere. Quod ex se nullam includit injustitiæ rationem, ut *sup.* latius diximus, quamvis raro proprietatis peccatum sine injustitiæ circumstantia inveniat.

Quarto aliam sacrilegii malitiam ab illa specie sacrilegii supra relata, specie distinctam in præ-senti possumus adducere. Cum enim res monasterio oblatas tanquam DEO consecratas Patres reputaverint, & factæ rei furtum speciali modo Religioni adversetur, ab illo distincto quo votum proprium contra fidem DEO debitam frangitur, inde est, quod rem monasterio dicatam, invito domino alienare (quod proprietatis faciunt) specialem sacrilegii malitiam continere videtur. Quod autem res monasterio oblatas, ut sacras Patres fuerint venerati, testis est Basil. in *quæst. brevior quæst. 143.* ubi curam, quam de his rebus oporteat habere Religiosos, ponderans dicit debere esse *tanquam rei DEO devota, & dicata,* & addit seq. 4. *illum, qui rebus monasterii male utitur, sacrilegum existimari omnium DEO nuncupatorum, & dedicatorum.* Testis etiam est Cassian. *Lib. 4. institut. Cap. 19.* ubi sollicitudinem antiquorum monachorum in rebus monasterii tractandis valde exaggerans dicit, *utensilia ac vasa tantæ sollicitudine, curaque custodiunt, ne quid ex eis diminuantur, vel pereant, ut credant se etiam pro minimis quibusque vasibus, tanquam pro sacrosanctis non solum dispensatori præsentis, sed etiam Domino reddendos.* Et seq. c. subjungit. *Non solum ipsos non esse suos, sed etiam omnia, quæ sua sunt, credant Domino consecrata, Propter quod si quid fuerit monasterio semel illatum, ut sacrosanctum cum omni decernunt reverentia debere tractari.*

Subscribunt Benedicti. in sua Regula, C. 31. *Cunctam inquit substantiam ac si altaris vasa conspiciunt,* August. Regula, 1. Clericis tradita.

S.
tur, invenit
verbo arce
rium ita esse
us Pontifex
e bonorum,
ex prædictis
bitur, simul-
ter dici infra

meum, equo
& verbo omni
equam possit
concessum sit.
si habenda SS.
verum & illud
oretentis pro-
lam. Quam
tiva fuisse oc-
um Arch. Cap.
isquam eorum
ur. Unde Basil.
dam, inverte-
ui dicit aliquid
Ecclesia Dei,
& verbo de-
dicis, nedum ru-

ira communi
s, imitatur,
Apost. veno
peit Epistola
cras mona-
ibi meum ac-
um est, mul-
agis miran-
tibus mo-
affirmat ali-
e proprium
ire ur.
monasterii in
ur in qua
entes etiam
e appellan-
tur in dictis
obis aliquid
suscipulo cen-
se prohibet
jori & sa-
proprium
nto magis
prædictis
& posside-
id dicere,
paupertati
mule ad

terid ac
s inter-
a priori
incom-
proprietate
estulimus.
entia ad
perfe-

IN IESU
Spiritus
II

Non poteris sibi retinere quod per pactum ad omnes pertinet, & DEO utique consecratum est. Chrysof. hom. 12. in Act. Apost. de peccato Ananias & Saphirae subjungit. Cur igitur ea sacra fecisti, & postea accepisti? & non obsecrasti dicitur D. Th. 2. 2. quae. 99. art. 3. & collig. ex Cap. qui rapit, & C. quisquis contumax, & C. quisquis invenis 16. quae. 4.

Ex his quasi à priori manet huius peccati gravitas explicata. Nunc vero à posteriori poterit dupliciter declarari. Primo ex effectibus, qui ex hoc vitio dimanant, qui non parum malitiam ejus augent. Hos autem eleganter explicuit Augustinus in serm. quodam ad Sabianum monachum, ubi multorum peccatorum radicem hoc vitium nominat: De radice, ait proprietatis, gignuntur vitia haec. Inobedientia, superbia, avaritia, & contumelia, vana gloria, extollentia, voracitas, mendacium, atque luxuria. Et alia plura mala, quae proprietatem consequuntur, eleganter explicuit Dionysius Carthus. de reformatione claustralium art. 16. Et de reform. monialium art. 9. his verbis: viri enim prudentes, & sancti Religionum institutores ex proprietate, seu peculio multa peccata provenire didicerunt ut contumaciam, superbiam, contentionem, factionem, avaritiam, inanem gloriam, invidiam, mendacium, luxuriam, occupationem fructuosam, curam supervacantem, dissolutionem, variam mentis distractionem, acediam, negligentemque divini officii persolutionem. Haec & alia ibi Carthusianus.

Propter quae nequissimum vitium proprietatem appellat Benedictus in sua Regula C. 3. Ubi Cardinalis Turrecem. advertit propterea pessimum vitium à S. Benedicto esse nominatum, quia pessimos reddidit, quos illo maculari contigit. vitium, inquit, hoc non simpliciter vitium, sed nequissimum appellat, id est, pessimum; in quo cognoscitur, quod nequissimum est monachus, qui habet vel habere proprium desiderat. Cassianus lib. 7. de Canobiorum institut. per multa Cap. huius peccati effectus laetè prosequitur.

Et imprimis de philargia, hoc est, proprietatis morbo Cap. 6. dicitur: Quamobrem, inquit, nulli vitio despectusque videatur hic morbus, qui sicut potest per facile desinari, ita si quemquam possiderit, ad sanitatis remedia vix pervenire concedit. Receptaculum namque est vitiorum, malorumque omnium radix & inextricabilis nequitia fomes efficitur, dicitur Apostolo, radix omnium malorum est cupiditas. Haec & Cassian. Qui deinde Cap. 7. & seq. vitia, ex hoc fomite pullulantia in specie describit, ubi tanquam ex uberrimo fonte per jarra, mendacia, farta, itacundiam, infidelitatem oriri, ac denique cum Apostolo, qui 1. ad Timoth. 6. huius morbi noxia venena prospiciens, non solum illum esse radicem omnium malorum, verum etiam servitutem idolorum pronuntiat. Cernat igitur monachus ad quantam labem rabies haec per gradus singulos crescat, ut etiam idolorum servitium Apostoli voce pronuntietur. Addit quoque Cassian. hoc vitium, vitiorum omnium profectus impedire, dum Cap. 8. ait, Nullam deinceps humilitatis, nullam charitatis, nullam obedientiam, non dicam virtutem, sed ne umbram quidem virtutis retinere contentus, id est, qui hoc morbo laborat, indignatur ad omnia, & ad singula opera murmurat atque suspirat, nullaque jam reverentia reservata velut equae

durissimus ad precipitium fertur insensibilis: Nec videri quotidiano, nec solito indumento contentus, non se diutius hac toleraturum esse testatur. Haec Cassianus.

Ac denique ipso Cassiano teste, eodè monachum haec rabies pertrahit, ut suae professionis desertorem efficiat. Quod & Basilii confirmat in Constitue. monasticis Cap. 35. his verbis: Potro incommodum, quod ex istiusmodi possessione nascitur, ulterius progreditur. Etenim qui proprium aliquid habere studet, ut sine dubio nihil aliud quam disjunctionem & defectionem à ceteris meditatatur.

Et infra. Licet mihi, quae per vos aliquantulum loqui audeat quod sentio, alter Judaeus efficiat, nempe quia furto exordiat (furtum est enim privata possessio) & in prodicionem desinit, quando ad ille Dominum, sic iste etiam peritatis verbum prodit. Haec & alia Basilii ibid.

Secundo, Ex penis proprietatis impositis, poterit hoc ipsum plenius ostendi, & ut à gravius incipiamus, multi ex Canonibus tenent Religio. sum hoc vitio maculatum excommunicationem ipso facto incurrit, & ita tenet Felin. in C. cum M. de constitut. n. 26. & quod haec si Canonibus opinio in C. Cum ad monasterium, de statu monachorum reg. docet Spinus in spec. testam. reg. 12. principali n. 15. Quia tamen sine textu expresso loquuntur, veritorem existimo Theolog. sententiam contrarium affirmantem; quamvis in aliquibus Concil. haec pena excommunicationis contra proprietarios statuta invenitur, ut patet ex Concil. Colonienf. sub Conrad. Archiepisc. Anno 1260. celebrato, ubi tit. de monachis, & eorum conversatione, & vita C. 11. statuitur quod Abbates excommunicationis sententiam semel in anno scilicet sabbato proximo ante Dominicam, Latere, contra proprietarios solemniter in capitulo publicent.

Idem praecipitur in Concil. Colon. sub Henrico Archiepiscopo Anno 1310. celebrato C. 28. de monachis, & monialibus. Et Siffridus Archiepiscopus Colonienf. in quibusdam statutis postea auctoritate Apostolica confirmatis à Nicolao Cussano Cardin. in Concil. Provinciali Colonienf. celebrato Anno 1452. sub pena excommunicationis latae sententiae, praecipit, ut monachi proprium non habeant.

Horum Concil. decret. meminit Trull. lib. 1. de ordinis Canonici. Regular. C. 23. & simile statutum invenitur apud Carthusienses in nova collect. statutor. C. 19. n. 10. Et forè Felinus & alii occasionem opinandi sumperunt ex aliquo praedictor. Concil. provincialium, vel ex illis verb. praedict. C. monachi à communione removeantur Altaris.

Deinde ex S. Script. gravia colliguntur flagella, quibus DEUS hoc morbo laborantes multat, quae refert Cassian. lib. 7. de institut. Cenob. Cap. 4. Giezà, inquit, ea qua ne antea quidem possederas, volens acquirere, non modo gratiam prophetiae non meruit possidere, quam per successionem veluti hereditariam à suo habuit magistro suscipere: verum etiam è contrario aeterna lepra. S. ELISEI maledictione perfunditur. Judas autem volens reassumere pecunias, quas antea Christum secutus abjecerat, non solum ad prodicionem Domini lapsus Apostolatus perdidit gradum, sed etiam vitam ipsam communi exitu finire non meruit, eamque violentè morte conclusit. Ananias verò & Saphira servantes partem

Proprietatem vitium cur pessimum à S. Benedicto nuncupatur.

Proprietatis receptaculum vitiorum malorum omnium radix, & inextricabilis malitiae fomes.

partem quandam ex hū, qua possederant apostolico ore morte multantur. Et præter Cassianum peccatum Ananie & Saphire fuisse proprietatis docuit Concil. Aquilegranense Cap. 21. & communiter consentiunt Patres Chyloft. hom. 10. in Act. Apostolorum, Hieronym. Cap. 19. in Matth. & Epist. 8. ad Demetriadem. Benedictio Reg. Cap. 57. Babil. serm. 1. De institut. monachorum, August. serm. 25. De verb. Apostol. Greg. lib. 1. Epist. 33. ad Venantium. Fulgent. in Epistola de debito conjugali Cap. 8. & alii multi Caput 5. Actuum Apoll. explicantes.

Præterea Lateranen. Concil. sub Alexand. 3. celebratum. 1. Parte Cap. 10. de religioſo, qui proprietarius fuerit in hora mortis inventus, loquens, pro illo oblationem fieri prohibet, his verbis: Si religioſus pecuniam habuerit, nisi ei ab Abbate pro administratione fuerit permissum, à communione removeatur altari, & qui in extremis cum peculo inventus fuerit, neque oblatio pro eo fiat, neque inter fratres sepulturam recipiat. Abbas etiam qui ista diligenter non curaverit, officii sui facturam se noverit incurſurum. Quæ pœna itabita est in Cap. Cum ad monasterium, de statu monachor. ubi ejusdem Concilii verba referuntur, & additur: Cum ipsa proprietatis in sterquilino extra monasterium sepeliatur, & si in sacro fuerit sepultus, exhumentur, si sine scandalo fieri potest, & in sterquilino sepeliatur. Idemque faciendum præcipi. Clemens III. in C. super quoddam eodē tit. & in C. monachi, citato, idem statuit in his verbis. Et qui in extremis cum peculo inventus fuerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres sepulturam accipiat.

D. Hieron. ad Eustoch. de virginit. serv. Epist. 22. refert antiquos PP. eternique cultores monachum quendam in hora motus cetam pecuniam partem possidentem invenientes in sterquilino sepelisse, verba Hieronymi hæc sunt: Quidam ex fratribus pariter, quæm avarior. nascens triginta denariis Dominum venditum, centum solidos, quos una texendo acquisit et mortis dereliquit. Intum est inter monachos confitium (nam in eodem loco circiter quinque milia divitis cellatis habitabant) quid factu opus esset: alij pauperibus distribuendos esse dicebant, alij damnos Ecclesie, nonnulli parentibus remittendos: Marcus vero, & Pambo, & Isidorus & ceteri, quos Patres vocabant sancto in ea liquente Spiritu decreverunt fodiendos esse cum eo: dicentes: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Nec hoc crudeliter quisquam esse factum putet. Tanti cunctos per totam Egyptum terror invasit, ut unum solidum dimisisset criminis. Hæc Hieronymus.

Idem statuit faciendum Augustin. serm. 5. ad Fratres in eremo, qui eadem multari pœna inventio quodam proprietario mandavit. Ligate igitur manus cadaveri ejus, ponentes in panno ligatos centum, & undecim filios, quos in pariete cellula retinebat, stentes & dicentes: Pecunia tua tecum sit in perditionem: Non enim licet nobis servus DEI eam colligere, vel ponere in victu, vel vestitu, vel in opere monast. quia pretium damnationis est. Et tandem idem se fecisse refert Gregorius Lib. 4. dial. Cap. 55. (quem citat Innocentius Papa C. Cum ad monast. qui cum deprehendisset monachum ad extremum vitæ 3. aureo: abscondito retinens in sterquilino jussit sepeliri. Quod mox, ut mihi nuntiatum est (verba sunt Gregorii) tantum malum de fratre, qui nobiscum communiter vixerat, aequaliternobis

ter ferre non valui. Tunc nimio more percussus cogitare capi, vel quid ad purgationem morientis facerem, vel ad exemplum viventibus fratribus providerem. Præposito igitur monasterii accessit ad me dixi: vide ne ullus ex fratribus se ad eum morientem jungat, nec sermonem consolationis excujuslibet eorum ore percipiat. Cum verò mortuus fuerit, corpus illius cum Fratrum corporibus non ponatur, sed in sterquilino fossam facite, & in eam corpus ejus projicite, ibique super eum tres aureos quos reliquit jacitare, omnes simul clamantes: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Et infra addit, hoc exemplo fuisse cæteros commotos, atque petteritos. Cæperunt, inquit, singulæ extrema quaque vilia, & que eis habere regulariter semper licebat ad medium proferre, vehementer que formidare, ne quid apud se esset unde reprehendi potuissent. Hactenus Gregorius.

Id verò quod in hac gravissima pœna à D. Gregorio inflicta magis lectorem movere debet illud est, quod ipse Gregorius fatetur, monachum illum ante mortem de culpa sua ante penituisse, ait enim: Qui protinus de reatu suo vehementer ingemuit, atque in ipsa sua tristitia de corpore exivit. Imò post mortem orationibus factum & hostiis adjuvum in celum evolasse S. Gregorius ibidem confitetur; & tamen nequissimum illud (S. Gregorio judicante) vinum steruictiori pœnâ purgavit. Hæc licet gravissima pœna adhuc viget, & nullo jure derogata invenitur, atque adeo practice obervanda est in Religionibus, servarique apud Carthusienses docet Navarr. Coufil. 75. de Regular. ubi ait in hac Religionis statuto caveti, ut monachi cum proprietate duodecim denariorum defuncti non sepeliuntur in cimiterio, & sepulti exhumentur. Quamvis in nova statuti collectione similem pœnam non inveniam, Idem etiam expresse habeat in Constitutionibus Minorum, ut constat ex Cap. 5. de correptione delinquentium. Et ex Constitutionibus Cisterciens. Cap. 33.

His omnibus pœnis, quæ gravissimæ sunt, addit Concil. Trident. sess. 25. Cap. 2. de reformat. Regularium, proprietarium, privatione vocis activæ, & passivæ biennio fore multandum: & insuper secundum Regular. & Constitutiones uniuscujusque Ordinis puniendum. Quibus in nostris Constitutionibus additur pœna carceris duorum mensium, imò expulsionis ab Ordine si correptus noluerit emendari, ut in specie concessum est à Sixto V. & Gregorio XIII. ac Clemens VIII. Quod certè antea in prædicto Cap. Cum ad monasterium, sancitum esse patet, dum dicitur: Si verò post hoc proprietatem aliquam fuerit deprehensus habere, Regulari monitione præmissa de monasterio expellatur, nec recipiatur ulterius, nisi poeniteat secundum monasticam disciplinam. Hæc Innocentius ibi.

Hæc sunt horribiles pœnæ à jure proprietariis indictæ. Pertimescamus ergo (ut Cassianus lib. 7. Cap. 30 loquitur) damnationem Ananie & Saphira memoriter retinens aliquid ex hū reservare, qua renunciantes penitus abdicare devotimus. Grex quoque pertimescamus exemplum, qui ob pœnalgia culpam æterna supplicio lepra multatur. Et aliquid ex hū, qua nec ante possedimus, caveamus acquirere. Nec non etiam juda vel meritum vel exitum formidantes quidquam pecunia reassumere, quam semel à nobis

Pœna à Concilio Lateranensi imposita.

IN IESU
Spiritus
II

Pœna super prædictis addita à Concilio Tridentino, & à nostris Constitutionibus.

nobis

nobis abieciimus totā virtute vitemus. Super hac omnia considerantes conditionem fragilis, incertaque natura nostra, caveamus, ne dies Domini sicut fur in nocte superveniens maculatam vel uno obolo nostram conscientiam deprehendat: Qui omnes fructus nostrae venuntiationis evacuans illud, quod in Evangelio divitiū dicitur est, ad nos quoque faciat voce Dominica dirigi: Stulte, hanc nocte animam tuam repetens à te, qua autem parasti, cuius erunt? nihilque de crastino cogitantes nunquam nos de Cenobii disciplina patiamur avelli. Hec Cassianus.

Tractata
B. Petri
Damiani
exhortatio
ad proprietatis
vitium e-
vitandum
& detestandum.

Quibus adjungam aliam haud contemnendam Petri Damiani ad proprietarios admonitionem, qui in L. Apologetico de contemptu saeculi C. 4. qui habetur apud Surium 7. Tom. postquam proprietarium peccatum Ananias & Saphira majus esse monstravit, sic ait: Quapropter, o Monache, vis in tuo cucullo recondere Christum; excute prius nummum, neque enim in uno receptaculo congrue sociatur: nam si utrumque simul incluseris: alterum sine altero possessor vacuum invenies. Quanto quippe in egenis mundi lucris copiosior fueris, tanto à veris divitiis arduosius inanesis. Nummus ergo si est, in aliena proximi jura concedat, ut vacuum pectoris tui arcam Christus inveniat. Magnus nempe bispes in dispersis tuis quaris angusta descendere, atque idcirco solus vult, & sine consortibus habitare. Quem enim caeli, terraque vastitas capere non valet, quo pacto in exiguo tui domatū angulo niteris illi peregrinos ad cohabitandum socios adhibere? cedit, cedat terrena pecunia, ubi caelestis thesaurus admittitur. Qua enim societas lucis ad tenebras? qua conventio DEI ad mammonam iniquitatis? Abiciatur ergo pecunia arguini, timeaque & furtis obnoxia, vacet exedra cordis, qua caelesti mercimonio possit impleri: nolite, inquit, thesaurizare thesauros in terra, ubi erugo, & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur.

Et paulo post ait: Pudeat ergo te, o miles Christi, peritura in hoc saeculo facultate ditescere, ne in futuro cogaris nudus, & inops perpetuo mendicare. In talis quippe militia arma jurasti, qua nudos, & agiles expeit bellatores, omnes autem atque in DEO signes à castrorum excubiis donativi arcet immunis. Abjuras illa militia sarcinis praegravatum, & ante tempus sulrogat expeditum. Non licet illic marsupia pendere nummorum, ubi theca tantummodo vibrantium ceruntur armorum. In bellicose scilicet acie inerti pecunia non tuū servitur, ubi conspatis canis assidua dimicatione costringitur. Non ille solidorum summam securus enumerat, qui circumfusa hostium multitudine telorum missilia indefinenter expectat. Sapē namque in talibus dum talentum metalli cuiuslibet trutinatur improvisa veniens occulti hostis sagitta stomacho libravit insigitur. Sicutque fit, ut qui solus sibi sine rei familiaris adminiculo minimè videbatur posse sufficere, jam se & sua repente casu luceat irrecuperabiliter amisisse. Et qui pauper cum Christo in libertate dignatus est vivere, aversus absque illo sed servus pecunia compellitur damnabiliter interire. Sed ab his jam superfedeamus, ne moralem hanc controversiam ad Concinatorum declamationes deducamus.

CAPVT III.

An Summus Pontifex licite dispenset cum monacho in proprietate, explicato in ea re, INNOCENTII III. responso in dicto Cap.

Cum ad monasterium.

Cum proprietate carere essentiale sit status Religionis (id enim importat ex natura sua paupertatis votum ut supra parte 1. demonstravimus, idque ita annexum est monachatus professioni; ut Innocentius III. in capite, Cum ad monasterium, de statu monachorum, constanter affirmaverit, Summum Ecclesie Pastorem non posse monachis ad proprietatem habendam licentiam indulgere, dom ait: Quia Abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo annexa est Regulae monachali, ut nec contra tam summus Pontifex possit licentiam indulgere.) merito in dubium vertitur, an Summus Pontifex possit cum Monacho super habenda proprietate dispensare.

Controversia haec eadem est cum illa, quam (licet breviter) attigimus 1. parte Cap. 7. nempe, an possit Pontifex cum monacho in solemniter o toto dispensare; eadem enim est utriusque rei difficultas, ac proinde idem utrobique est decidendi, ac solvendi modus. Quare omnes contrariis illis sententiis (pro utraque enim par e graves militiant Auctores, quotum classes, & nomina referuntur in re junioris Can. Carol. Tap. in Authent. ingressi, ubi deo dedicantur DEO, & Petrus Dominicus Magdalenas in l. de nam. sessium 3. parte Cap. 1. num. 49. & inter Theolog. P. Sanchez Tom. 2. de matr. disp. 2. §. lib. 7. solum id quod ad paupertatis votum attinet breviter pertractabimus.

Navarrus Comment. 1. de Regul. num. 17. & de redd. Eccles. mon. 9. num. & ibidem q. 3. 1. 1. affirmat summum Pontificem dispensare posse in voto castitatis, non tamen in voto paupertatis, non quia summus Pontifex id potestate non possit, si aliqua justa causa occurrere, tamen quia talis nulla occurrere potest, ideo licet dispensare non potest. Nam cui libet, aut necesse est, & utilitati, cui possit providere per dispensationem habendi proprietatem, potest providere per concessionem facultatis habendi plenam administrationem bonorum, quae sine dispensatione voti competere potest, ut de facto competit Pontificibus Maximis de Religionibus assumptis ad monarchiam tam Ecclesiasticam quam secularem, quam habent, tanquam Reges Romae, & hoc sine ullo vero dominio, aut proprietate.

Quare hoc fundamento ductus Navarr. absolute asserit nunquam Pont. Max. posse dispensare super voto paupertatis, quia non potest se offerre aliqua justa causa in tali voto dispensandi.

Mihi verò imprimis certa veriorque sententia videtur illorum, qui affirmant Papam posse in votum o voto solemniter tam paupertatis, quam castitatis dispensare. Quae opinio hodie communiter à doctissimis viris doctissimis, gravissimisque defenditur.

Et nos 1. parte dicto Cap. 7. hujus facultatis dispensandi, quae Summo Pontifici competit, hanc dispensationem assignavimus; quia est votorum solemnitas, quam in traditione perfecta, & to ali

consistere probavimus, sic quantum ad substantiam de jure naturali, & divino, cum tamen hac pendeat tanquam à conditione sine qua non, ex Ecclesie acceptatione (nulla enim traditio perficitur, si debet ejusmodi acceptatio) ad Ecclesie Pastorem pertinet, qui DEI vices in hac gerit acceptatione, præscribere leges, & circumstantias in ea observandas, tam circa ætatem, tempus & modum, quam circa alias profitentium ceremonias. Præterea cum ex hac Ecclesie acceptatione, & conditionibus ab ea præscriptis pendeat voti solemnitas, summus Pontifex traditionem illam perfectissimam, & perpetuam à Religiosis factam ea conditione tacitè quasi admittere videtur, nisi Ecclesia aliud magis expedire ad majorem ejus utilitatem, & DEI gloriam prudenter judicaverit.

Dices: undè colliges Ecclesiam hæc tacitè conditione acceptare hujusmodi traditionem? Respondeo 1. id ex usu & praxi ipsius Ecclesie consistere, quæ cum tempore urgentis necessitatis solvat hujusmodi vincula per dispensationem, signum est ipsam tempore acceptationis voluisse non absolutè, & in perpetuum acceptare, auferendo sibi potestatem dispensandi.

Respondeo 2. Quia cum Ecclesia sit à Spiritu sancto edocta, & hac vià possit faciliter, & prudenter providere multorum incommodis, & utilitati; credendum est Pontifices cum dispensant in hujusmodi votis, fundari potius in hac tacita conditione, quam aliis in iuribus non ita apertis.

Præterea mihi non placet sententia Navarræ afferentis non posse Pontificè dispensare, ex defectu causæ justæ. 1. Quia potest casus contingere, in quo iustissima offeratur Pontifici causâ in voto paupertatis dispensandi. Ut si in aliquo regno deficiente vero successore fidelis, ac Catholicæ, Regnicolæ nollent monachum aliâ verum successorem admittere (si ve id jure vel injuriâ fieret) nisi omninò absolveretur à paupertatis voto; è ducti ratione, nè regnum illud Ecclesie fieret, & ad Papam ejus dominium pertineret, ad quem forsitan pertinere erat necesse, cum eligendus in Regem monachus permaneret, quia eo ipso Ecclesie Summoque Pontifici omnia, quæ sibi obvenerint, acquirunt, maxime cum vassalli pertimescere possent, nè Pontifex postea vellet incorporare regnum Ecclesie.

Neque evacuat difficultatem, quòd Pontifex concederet monacho plenam de regno disponendi facultatem; nam saltem, manente voto paupertatis, semper licitum est Superiori, à monacho, quidquid antea concesserit, vendicare. Et quidquid pro solvenda hac ratione excogiter Navarrus, nunquam id poterit inconveniens evadere, ac ex consequenti si ex promotione monachi ad regnum communis Ecclesie utilitas sequeretur, non video justiore aliquam causam, ut Pontifex posset jure dispensare. Secundo, quia Navarræ concedit Summum Pontif. dispensantem in castitatis voto facere de Religioso non religiosum, ergò tunc dispensat etiam in voto paupertatis; Alienum enim à ratione videtur, non Religiosum ad paupertatem obligare, vel Religiosum cum paupertate sola concedere.

Thom. à Jesu Oper. Tom. 1.

Nec obstat text. in dist. C. Cum ad monasterium, nam non incongruè responsum illud Innocent. intelligi potest, non de summo Pontifice seu de Papa, sed de Episcopo. Pro cujus expositione illud observare par erit, monachos olim, & monasteria in potestate fuisse Episcoporum, ut habetur in Concil. Calcedonensi Can. 4. & refertur in Cap. Quidam 18. quest. 2. Et in Can. 8. ejusdem Concil. eadem repetitur Constitutio, confirmataque est in Concil. Aurelianensi relato in c. Abbaes 18. q. 2. Imò decreto Concil. Nicen. can. 14. monachus nullus effici poterat, nisi impetratâ licentiâ Episcopi. Et quemadmodum olim sine Episcopi consensu monachi in monasteriis non recipiebantur, sic neque ejici ab eis, nisi præmissâ Diœcesani consultatione, decreto Concil. Meidenf. Can. 19. olim observabatur. Et quantum conjici potest, hujus Episcopalis obedientiæ jugum tempore Innocentii III. perdurabat. Nam in Concil. Lateranen. sub eodem Innocentio celebrato can. 12. cavetur, ut vibratoris eligerentur, qui Apostolicâ autoritate monachorum & monialium domos visitarent, monetque ibi Concil. Diœcesanos Episcopos, ut monasteria sibi subiecta ita studeant reformare, ut cum ad ea prædicti visitatores accellerint, plus in illis inveniant quod commendatione, quam quod correctione sit dignum.

Observandum præterea est, in Europa, & Asia Episcopos olim Summos Sacerdotes, Summosque Pontifices apud antiquos Patres fuisse nuncupatos. Breviter id Romanorum Pontificum, Conciliorum & SS. Patrum autoritate comprobatur.

Anacletus Papa in Epistola 2. ad Episcop. Ital. agit de Episcoporum accusatione, & refertur in Cap. Accusatio. q. 7. sic ait: *Non liquet quòd summi Sacerdotes, id est, Episcopi, à DEO sint judicandi, non ab humanis, aut prava vita hominibus lacerandi.* Et infra: *Summorum Sacerdotum sibi Dominus judicium reservavit.* Cornelius Papa relatus in Cap. Sacrament. secundo, q. 5. Et Eusebius Papa adductus à Gratiano in Capit. *Manus quoque, de consecratione, distinctione quintâ.* Idem expressis verbis testantur: & quod majus est, Melchisedes in Epistola ad Hispanos Episcopos, illos summos Pontifices appellat, dum ait: *De his verò, super quibus rogâstis vos informari, id est, utrum majus sit sacramentum manus impositionis Episcoporum, aut Baptisma: scitote utrumque magnum esse sacramentum; & sicut unum majoribus, id est, summis Pontificibus accommodatum.* Ita, &c.

Zozimus præterea Pontifex in Epistola 1. ad Episcopum Solonitanum Episcopum: Cum ageret de tempore, quod singulis Clericorum gradibus erat definitum, postquam de Lectoribus, Subdiaconis, & Diaconis egerat, sic ait: *Exinde suffragantibus stipendiis ad presbyterii Sacerdotium poterit promoveri, de quo loco si eo illum exactior ad bonos mores vita perduxerit, summum Pontificatum sperare debet, id est, Episcopatum.*

Idem perspicue ex Concilio Agatenf. 2. Can. 25. colligitur. *Si Episcopus, ait, Metropolitanus ad comprovinciales Episcopos epistolas direxerit, in quibus eos aut ad ordinationem Summi Pontif. aut ad Synodum invitet, postpositis omnibus, exceptâ gravi infirmitate corporis, ac præceptione*

regia

Respon-
detur
objectio-
ni.

Impu-
gnatur
supra-
adducta
ratio
Navar-
ri.

IESU
Spiri-
II

III,
tate dispensat
tate, expli-
CENTII
to Cap.
um.
entiale sit fluit
at ex natura
1. demonstra-
monachum
in capite, Com-
um, constant
etiz Pastorem
tatem habent
t: Quia dicit
castitatis, et
nec contra tam
indulgent.)
Summus Pon-
habenda peo-
com illa, quam
Cap. 7. omne
in solemn
ritinque reid
est decid
missis conti-
nim par. e. g.
n classes, &
Can. Carol.
Medicor. DEO,
in 1. de om.
inter Theo-
25. lib. 7.
otum autem
mum. 17. &
len q. 3. 11. ppi
pendat epoll
to paupert
actate non
re: James
leo licet d
ai, necesse
per dispens
ostelt provi-
abendi plo-
que sine d
ut de fido
Religioni-
Ecclesiasti-
, tanquam
dominio,
Navarr. ab-
isse dispens-
in potest se
dispensandi.
e sententia
posse in t
in castitatis
moniter à d
ditur.
facultatis
comperit, sui
votum Euro-
, & to ali
confi-
ant.

regia ad constitutam diem adesse non differant. Et ibi ordinationem summi Pontif. Episcopi ordinationem intelligunt Patres; non Pontificem Romanum, ut nonnullis placuit; Gallos enim Episcopos in civitate Agatha Galliarum Narbonensis ad eligendum Romanum Pontificem convenisse, quis dicat?

Et denique Isidorus l. 7. *Eymologiarum* c. 12. cum multa doceret de Episcopis, Pontifex, ait, *Princeps sacerdotum est, quasi via sequentium, & ipse summus Sacerdos, ipse & Pontifex maximum nuncupatur. Ipse enim efficit Sacerdotes atque Levitas, ipse omnes Ordines Ecclesiasticos disponit.* Ex quibus doctissimus quidam Neotericus in confirmatione Concilii Illyberitani l. 2. c. 30. colligit, illa verba *predicti cap.* Cum ad Monasterium, cum super habenda proprietate nec summus Pontifex possit dispensare, intelligenda esse de Episcopo, non de summo Pontifice.

Quae interpretatio licet gravis acutaque sit, quia tamen a communi sententia & interpretatione Doctorum recedit, omisa ea, & aliis septem hujus loci expositionibus adductis a Medina l. 5. *de sacrorum hominum continent. maxime cap. 53.* verior receptiorque interpretatio est, Innocentium Papam in dicto Cap. Cum ad Monasterium, tantum hanc facultatem cum monachis dispensandi Romano Pontifici denegasse, monachis permanentibus in statu ac licet professione monachali. Hoc enim etiam summo Ecclesiae Pastori non conceditur, proprietatem bonorum cum paupertatis voto, & matrimonium cum continentia anà & simul conjungere. Non tamen ibi Summo Romano Pontifici potestas auferitur, quo minus abdicatis monachis regulis, absolutisque à professione monachis possit eis bonorum proprietatem, & matrimonii utum concedere. Quod de facto plures Pontifices fecisse plures Historiographi scripsere.

Hæc interpretatio communis est Canonistarum ferè omnium in d. C. *Cum ad monasterium*, & alibi sæpè, eamque veram esse ex dicto C. contextu aperte licet inferre: quia ibi Innocentius contra Abbatem Sublacen. à majore conficit argumentum hac ratione. Si summus Pontifex non possit cum monacho dispensare, ergò neque Abbas. At certum est quòd Abbas, si in aliquo casu possit cum monacho dispensare, fuisse, manente illo monacho, cum jura vinculaque monachatus ipse non dissolveret: ergò in eodem sensu de dispensatione Pontificis loquitur. Quasi dicat: Pontifex non potest cum eo, qui verè monachus exiit, dispensare; ergò neque Abbas. Tum etiam, quia ibi non fuit dubitatum, an Abbas possit monachum omninò paupertatis voti vinculo absolvere, sed tantum, an possit monachis verè existentibus proprietatem aliquam indulgere, quod Innocentius eà ductus ratione negat: Quia talem licentiam nec summus Pontifex potest concedere monacho in sua professione statuque permanenti.

CAPUT IV.

An bona Religiosorum ipso jure post emissam professionem acquirantur monasterio?

BONA Religiosorum professione emissâ, nisi ante ipsam Religiosi de illis disponerint, ipso jure transeunt in monasterium, si monasterium sit capax habitum, sive immobilium bonorum. Ita cautum est utroque Jure & Canonico & civili, ut habet C. *Non dicatis*, ibi. *Cum hujus nostrae Congregationis Fratres non solum facultatibus, sed & voluntatibus propriis in ipsa Ordinis susceptione renunciaverint, & se per promissam obedientiam penitus aliorum potestati subdidierint, certum est eos nihil habere, possidere, dare vel accipere sine Superiorum licentia debere.* Et Cap. 19. qu. 3. ubi sic dicitur: *Quia ingredientium monasterium convertendi gratia, ulterius nulla sit testandi licentia, sed ut res eorum ejusdem monasterii sint, aperta legi definitione decretum est.* Idem expressè decernitur Authent. *Ingressi*, Cap. de sacros. Ecclesiis. *Ingressi* (inquit) *monasteria, se suaque dediderunt DEO.* Et in aliis jurebus.

Fundantur autem hujusmodi Constitutiones in eo, quòd in consequentiam personarum bona debent venire: quare sicut persona transit in jus & potestatem monasterii, ita simul cum illa possessio bonorum. Præterea, quia in jure monasterium habetur loco filii, qui jure ipso succedit in paternis bonis, ut latius priore parte hujus *Traктatus* Cap. 5. & 6. scripsimus; & hoc ipsum rationi consentaneum videbatur, ut optime advertit P. Lessius lib. 1. *de just. & jure*, cap. 41. *dub. 10.* quia æquum non est, ut dum quis se totum tradit divino obsequio, res suas faciat servire mundo; & qui corpus suum tradit ad poenitentiam, bona sua relinquat in laicibus ad luxum.

Deinde, quia cum in monasterio vivere, & ab eo alimenta monachus percipere debeat, par est ut illi potius res ejus cedant, quam aliis, quibus nihil debet, & à quibus nihil expectat. Demum, quia cum sit consilium Christi, ut dentur pauperibus, nullis pauperibus convenientius dare possunt, quam iis, qui sunt pauperes spiritu, quorum est regnum caelorum, & qui possunt recipere in aeterna tabernacula, quales sunt Religiosi.

Dixi (nisi ante professionem Religiosus testamentum, vel alia viâ disposuerit de bonis suis) nam tunc bona ejus, qui proficitur Religionem, debentur heredi instituto, quem ante professionem legitime instituerat; cum discrimine tamen: nam si hæres fuerit extraneus, & Religio bonorum capax non sit, statim ab emissâ professione, ad heredem institutum bona devolvuntur; si verò Religio sit bonorum capax, bona non debentur heredi extraneo instituto, nisi secuta morte naturali monachi jam professi. Ita resolvit Covarruv. cap. 2. n. 6. *de Testam.* Undè si hæres moriatur

Quando monasterium, & quo modo non liceat Pontifici in votis paupertatis ac continetia dispensare.

tur ante testatorem, evanescit dispositio, & bona spectabunt absolute ad monasterium, nisi aliud expresse sit testator. Ita Navarr. Com. 2. de Regular. numer. 54. & Covarr. loco citato, num. 11.

Si vero filius instituat hares, tunc hereditas statim tradenda est filio, sic Abbas, lo. Andrez, Baldus, quos citat & sequitur Covarr. C. 2. de Testam. num. 12. & Navarr. ut supra. numero 48.

Si autem is, qui proficitur, non habeat liberos, vel nepotes, qui sunt sui & necessarii heredes, sed tantum habeat patrem, vel matrem, avum vel aviam, idem quoque jus, secundum probabilior sententiam, servandum erit, quæ placuit Bart. Iasoni in Authen. Si qua mulier. & nobilioribus Canonistis in Cap. In presentia, de prob. Jure enim gentium patri legitima debetur ex bonis filii, sicut ex bonis paternis jure naturali, filio.

Dixi præterea (si monasterium fuerit capax bonorum stabilium) cujusmodi sunt Cenobia Religiosorum, qui Mendicantes non sunt, & nunc ferè omnes Mendicantes, exceptis Monasteriis Minorum de Observantia, & Capucinatorum.

Igitur si excipias has Religiones, ferè omnes aliæ capaces sunt hujusmodi successiones hereditarias, utpotè quæ loco filii à jure reputantur, ac proinde intituuntur heredes, possessionemque bonorum acquirunt, quamprimùm quis factus est monachus absque ulla apprehensione; in quo monasterium ab hærede extraneo distinguitur. Primò in eo, quòd monasterium statim post professionem, bonorum possessionem sibi comparat, extraneus verò non, nisi morte naturali monachi secutà. Deinde quòd iste bonorum dominium non consequitur, nisi aditæ hereditate, nec possessionem, donec eorum corporalem possessionem fuerit adeptus. Cum heredu. ff. de acq. possess. monasterium verò in monachorum bonis, non solum dominium, sed etiam possessionem ipso jure acquirit, quia eorum persona in Abbatis potestatem transit, nec potest amplius quicquam possidere, ut communis Canonistarum sententia docet in C. In presentia, de prob. monasteria verò, quæ non habent hanc capacitatem, non succedunt jure ipso in bonis profitentium, ut latius prosequemur in ultima parte hujus Tractatus.

Proficere in Religione & liberos haberi, quid jura permittant. Illud verò circa hujusmodi acquisitionem ad monasteria capacia spectantem, primò occurrit notandum, ei, qui proficitur, si liberos habeat, permitti, si ante professionem bona in liberos non divisit, ut post professionem distribuat, non ut Dominus, sed ut administrator à jure ipso constitutus in hunc effectum, quo sensu accipiendus est textus in Cap. Si qua mulier, 19. quæst. 2. in quo decernitur licere Monacho liberos habenti, nihilque de suis bonis disponenti, postquam ingressus est Religionem, inter eos postmodum dividere, legitimam portionem cuique relicta: quia, ut advertit Archidiaconus in eo Capite, communiter receptus, Monachus tunc non testari, sed inter filios distribuere videtur. Videntur est Navarrus Comment. 2. de Regular. num. 76. 48.

Ibom. à Jesu Oper. Tom. 1.

Præterea non solum bona libera, professione emissa, quando monachus nihil de suis bonis ante professionem statuerat, transeunt in Monasterium, sed etiam ea, quæ libera non sunt, ut fideicommissum, v. g. Si Monacho sit relictum fideicommissum cum gravamine, ut si absque liberis discesserit, restitua- tur alicui tertio, ut fratri, si iste gravatus Monasterium ingrediatur, monasterio acquirit, quia est instar filii, ut expresse cavetur dicto Cap. In presentia, secus si obligatus sit restituere in aliquam piam causam.

Quid de bonis liberis seu fidei commissis dicendum.

Si vero monachus possideat majoratum, sive primogenia, quæ apud Hispanos sunt usù receptissima, in monasterium non transeunt, ut docuit Molina in Tract. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 1. numer. 71. quia apud Hispanos hujusmodi primogenia ea lege & conditione instituantur, ut bona in familia conserventur, & proximo cuique primogenito, per successionem in perpetuum debeantur, ac tradantur.

Quid de majoratu seu primogeniis.

De feudo tamen aliter sentiunt DD. Hi enim in cap. 1. in presentia de probat. communiter existimant feudum monachi, post ejus ingressum, ad monasterium pertinere, quando ratione feudi ministerium reale debetur (pensio inquam pecuniaria, vel alia quæcunque res, vel quando personale obsequium debet exhiberi, sed tale quod honestè possit à Monasterio per se, vel per alium, in sui locum substitutum præstari; alioqui enim feudum finitur, & ad directum dominum revertitur; feudi tamen commoditas durat solum ad vitam illius Religiosi, quo defuncto devolvitur ad hæredes proximos, quibus ex sua institutione debetur, vel si finitur, ad dominum directum revertitur.

Quid de feudis.

Solet etiam queri, an ususfructus, quem pater tempore professionis habet in bonis adventitiis filii-familias ratione patriæ potestatis monasterio acquiratur.

Quid de usufructu.

Dæ sunt inter DD. opiniones, altera negat, quia per professionem Religionis solvitur patriæ potestas, ac filius sui juris & potestatis efficitur, igitur sibi acquirat, & non patri, quia jus acquisitionis fundatur, ut sæpè diximus, in hac patriæ potestate & subjectione filii-familias ad patrem.

Duplex de eo sententia.

Alteræ verò sententia tenet, Ususfructum Monasterio acquiri.

Plurimi sunt Authores pro hac sententia, quos refert Covarr. ubi supra, & Navarr. Comment. 2. de Regularibus, num. 38.

Mihi verò prior sententia probabilior apparet, cum totum jus acquisitionis ad patrem spectans fundetur in illa patriæ potestate, ut primà parte, cap. 5. plenius probavimus.

Negativa videtur probabilior.

Quare ususfructus, quem pater habet ex alia causa in quibuscunque bonis, præterquam ex patriæ potestate, ad Monasterium pertinet, ut tam prima, quàm secunda sententia fatentur.

Ex quibus infertur, filio emittente professionem in Monasterio bonorum immobilium capaci, patrem statim amittere ususfructum, quem habebat in bonis adventitiis filii, ac cum proprietate consolidatum ad Monasterium pertinere, quia filius per professio-

Finis necesse

IESU Spirit. II

IV. n iplo jure sionem alterio? fessione emittit de illis dispo- onasterium, si- n, sive immobi- it utroque jure C. Non dicitur onis fratris non asibus propriis rime, & se per brum potestati re, possidere, da- ita debet. Et ra ingrediens uterius nullu- e ipsam mon- onem doceram g- hent. Ingressi- si (inquit) mo- Et in aliis juri- ti Constitutio- n persona bo- rsona transi- ita simul cum- ea, quia in jure- qui jure ipso- ius prioris parti- mus; & hoc- ebatur, ut o- e just. & per, ut dum quis- res suas fa- s suum tradit- utat faculari- rio vivere, &- dere debet, t, quam aliis, hui expectat- n Christi, ut- ribus conve- qui sunt pas- celorum, &- bernacula,

nem definit esse in patria potestate, quæ erat fundamentum acquisitionis paternæ, & transit in obedientiam & potestatem Abbatis, & hanc esse sententiam Glossæ Baldi, Pauli, Decii, Innocentii, Hostiensis, Jo. Andrea, & aliorum affirmat Covarr. *dist. Cap. 2. de testam.* licet ipse & Navar. *Com. 2. de Regul. num. 38.* & cum ipsi alii recentiores contrarium asseverent, eo ducti argumento, quod professio facta à filio, juri patris antea acquisito derogare nequit. Deinde, quia & si filius à patria potestate liberetur, non adimit jus, quod in bonis ejus antea acquiserat.

His tamen non adedurgemur, ut à priori sententia recedamus.

Nam sicuti filio à Principe emancipato, vel in servitutem simul cum suis bonis redacto, deterior fieret conditio paternæ, etiam quantum ad jus quæsitum, à fortiori idem fateri debemus, solutâ per professionem patriâ potestate. Deinde quia pater, ut in superioribus diximus, habens usumfructum in bonis adventitiis filii amittit per professionem jus sibi antea quæsitum, quia jus patriæ potestatis extinguitur, cur igitur hæc ipsâ patriâ potestate solutâ per ingressum filii, pater non amittet usumfructum?

Dulii
inciden-
tis solu-
tio.

Sed, an filius Religionem ingressus, antequam professionem emittat, possit de suis bonis adventitiis ad libitum disponere adhuc vivente patre, in ipsis usumfructum habente, dubitari merito potest? In qua dubitatione primò certum est, filium de bonis adventitiis, etiam de illis, quæ ad ipsum spectabant, antequam habitu Religionis indueretur, pro libito posse statuere, quoad dominium & proprietatem illorum. De usufructu verò major est ambigendi ratio; mihi tamen probabilior videtur illorum opinio, qui existimant filium non posse etiam de usufructu statuere quod voluerit, quia cum non sit solutus ante professionem patriâ potestate, non poterit juri paterno derogare.

Plura alia disputant Scriptores in *Capite In præsentia, de probationibus*, & in *Authentica, Ingressi, C. de sacrosanctis Ecclesiis*. Hæc tamen breviter attigisse saterit.

C A P U T V.

In quo alia, quæ ad hanc per monachos acquisitionem spectant, speciatim declarantur.

EX hac præterea generali & communi regula constat tam in ultimis voluntatibus, quam in contractibus, monachum nihil sibi, sed monasterio omnino acquirere argumetol. *Placet, de acquir. hered. & d. Cap. In præsentia, de probationibus*. nec posse sibi sine proprietatis vitio quicquam reservare. Illud tamen in contractibus exercendis servandum à monachis merito monet Navarrus *Comm. 1. de Regul. nu. 23.* quod Religiosi etiam Canonici regulares, tam habentes, quam non habentes beneficia, aut officia, ratione quorum facultatem habent emendâ bona mobilia, seu immobilia,

magnopere cavere debent, nè comparent illa, etiam si sint libri vel vestes, intendentes actû, seu virtualiter illa acquirere sibi; quia hoc esset peccatum mortale proprietatis.

Præterea circa prædictam regulam generalem, nempe *Monachus quicquid acquirit, monasterio acquirit*, & pro ejus intelligentia primò recolere oportet, non esse ita intelligendam, quasi monachus primò sibi aliquid acquirat, hoc enim esse non potest, cum incapax sit usufructu domini, sed tantum intelligi debet, quod quicquid monachus acquirat, non acquirit sibi, sed monasterio, veluti instrumentum hujus acquisitionis, non aliter ac servus respectu Domini.

Secundò constitutum est, ea quæ monachus acquirat quoad verum dominium & proprietatem, monasterio vel Ordini acquiri, si aliâ sit capax domini; quicquid in contrarium fecerit Navarrus in *Apologetica quæst. 1. monito 24. & sequentibus. Comm. secundò de Regular. numero tertio*, & de redditis *bus quæst. 3. monito 33.* existimans dominium horum bonorum non acquiri monasterio, sed DEO ac Domino nostro JESU Christo, administrationem verò eorum generalem, & præcipuam Summo Pontifici, particularem verò administrationem monasterio, vel Ordini, idemque censet de aliis Ecclesiasticis bonis.

Contrariam verò sententiam cum Adriano de restitu. in *quæst. quæ incipit, Pro clariori intelligentia, conclusi. quæst. 4. scanda, quæst. 43. articulo 8. Turrecrem. libro secundò Summa, capite 113.* & novissimè Molina de *justitia & jure, Tomo primo, Tractata secundò, disputatione 29. & disputatione 142.* veriorum existimo, nempe bonorum ecclesiasticorum dominium verè esse apud Ecclesias, vel monasteria, si illa sint domini capacia, eorum verò jus administrandi apud Pontificem. Ratio est, quia quamvis hæc bona intuitu Christi à Fidelibus Ecclesiis vel Monasteriis sint collata, nihil obstat, quò minus ea, quæ prædictis Ecclesiis veluti in dotem sponsæ Christi donata sunt, apud ipsas quoad verum dominium resideant.

Videndus est Molina *dictâ disputatione*, qui fundamenta Navarrus solvit; Si verò Monasterium non sit capax domini, tunc dominium esse apud Papam; detentionem verò & usum facti apud Monasterium, præsertim si sit Ordinis Minorum, ut habetur *Capite Exit. §. Ad hac. §. Porro. §. Præterea, de verb. signif.* Nam in aliis Ordinibus etiam incapacibus, non est inconveniens concedere, remanere apud monasterium verum plenumque jus civile administrandi.

Tertiò intelligenda est illa regula non solum de acquisitis, à monacho jam professio, verum etiam de illis, quæ ante professionem habebat: nam hæc professione ipsâ transferuntur in monasterium, ut dicitur in *Authent. Ingressi*; nisi aliâs monachus haberet filios legitimos, quia tunc servanda esset *Authentica, Si qua mulier, C. de sacros. Ecclesiis*, in qua decernitur patrem non posse, filiis exhereditatis, eorum legitimam monasterio dicare; cui dispositioni concordat *l. 17. tit.*

tit. i. part. 6. de quo latius DD. dicitur Authentica Ingressi. & dicitur Authentica Si qua mulier. & in Cap. In presentia, de probat. Et ne in hisce plus aequo detineamur, ad alia circa predictam regulam observanda gradum faciamus.

Quarto advertendum, saepenumero non esse proprietatis peccatum nocere monasterio, in jure querendo, quamvis in jure jam quaesito eidem nocere proprietatis vitium sit, videlicet non acquirere ei bona quaedam, quando id commode Religiosus facere posset, vel impedire aliquam aliam bonorum acquisitionem, ut docet Navarrus Comment. 2. de Regul. n. 31. & 32.

Quid de illis dicitur, quod Religiosus proprio labore aut industria acquirit.

Ex hac igitur regula inferitur, etiam ea, quae Monachus proprio labore & industria acquirit, monasterio acquirere; unde ea non potest sibi appropriare sine peccato: hinc, qui notabilis pretii imaginem sine licentia sibi pingeret, aut Codices exceptorios ad predicandum, vel studendam scriberet, proprietarius esset judicandus. Ita Patrum traditione firmatur. Augustinus serm. 1. ad Fratres in eremo: Nemo ex opere suo sibi aliquid appropriet, apostolicam enim vitam optamus vivere. Si quis autem contra fecerit, furti iudicio condemnatur. Et in Reg. 1. c. 27. Ita sane, ut nullus sibi aliquid operetur, sed omnia opera vestra in usum fiant. Quapropter (ut ex Cap. 2. precedenti constat) Religiosum quendam, quem certam sui laboris partem occultasse idem Augustinus invenerat, post mortem fecit sacra sepultura privari. Idemque Aegypti Patres fecisse refert Hieronymus loco ibi citato. Cum Augustinus sentit Basilium in quibusdam suis explicans quaest. 61. in haec verba: Cum enim semel visum est, neque manuum suarum dominum esse, sed alteri actionem suam gubernandam commisit, quomodo talis consentanea fecerit, si in artis instrumenta auctoritatem querat?

Unde Cassianus l. 4. c. 14. Benedictus in Reg. C. 57. Bonav. in Spec. discipl. n. 40. verfi. Dixi etiam, prope finem. Turrecremata eodem Cap. art. 5. inter proprietatis actus numerant sibi ex proprio labore aliquid sine tacita vel expressa Praelati licentia usurpare. Ratio est, quia omnis Religiosorum labor in Conventus cedit utilitatem, & quidquid monachus acquirit, monasterio acquirit, ideoque ex labore suo non potest licite notabilem sibi quantitatem applicare, hoc enim faciendo furtum committeret.

Et confirmatur primo, quia Religiosus (ut affirmat Navar. de reddit. qu. 1. mon. 12. & Navarra de restit. l. 3. c. 1. n. 2. 18.) ratione voti magis est dominii incapax, quam servus; sed servus ex his, quae proprio labore acquirit, non potest sibi sine peccato notabile allumere quantitatem, igitur nec Religiosus.

Confirmatur secundo, quia si ex labore manuum posset Religiosus quod veller allumere, sequeretur posse illum sine Praelati licentia magnam supellestem, resque valde pretiosas suo labore efficias, aut comparatas possidere, imò & coningeret saepe ditiores esse Religiosos aliis secularibus.

Advertendum tamen est, in multis eorum, quae proprio labore & industria Religiosi acquirunt, factum esse posse Praelati voluntatem in

Thom. à Jesu Oper. Tom. 1.

suum favorem interpretari, maxime si in illa Religione probabiliter licentia tacita in similibus rebus praesumatur, v. g. si Codices exceptorios conscriberet, resque honestas & Religionis decorem coornantes; at tamen si res turpes, aut impertinentes, sive etiam religiose gravitatis, vel honestati contrarias, non posset prudenter Praelator voluntatem interpretari. Idem dicendum & Religiosis sermones, vel Theologiae materias contra expressam Praelati voluntatem scribunt subditi, tunc enim nedum obedientiae, sed & paupertatis votum infringitur.

De injuste vero acquisitis gravius dabitur emergit: an ea monasterio suo monachi acquirant? Et ratio dubitandi est, quia cum monasterium sit schola virtutum & Religionis, hos turpes quaestus, ut abhorreat, maxime convenit & necessum est, ne iniquitatem approbare videatur. Praeterea, cum jus & canonicum & civile sit ars boni & aequi, non est existimandum, ipsum similes acquisitiones ratas habere: pro qua sententia in simili casu maxima Juristarum pars resolvit, usuras jure prohibitas à filio acquisitas ad patrem minime pertinere, neque quidquam aliud, quod ex flagito filius comparavit. Ita Bartolus in lib. Cum oportet. Codice de bonis quae liberis. num. 3. Angelus, & Fulgofius, & alii ibi; imò quod ex alea filius acquirit, non pertinere ad patrem, ex communi opinione resolvit Riminaldus §. Igitur. num. 77. per quas personas, &c. & cum aliis Caldas in l. Si curatorem. vers. Lesis. num. 118. & praeter eum Gregorius Lopez in lib. 3. verbo, usufructus, titul. 17. partic. 4. & multis exemplis Palacios. Rub. in repetitione rubricae de donat. §. 7. Ex quo etiam deducunt argumentum de quaestis ab uxore, vel viro, constante matrimonio, ut intelligatur de iustis & licitis lucris, non vero de illicitis & injustis, ut latissime docet Marienco ad l. 2. gloss. 1. à numero 8. titulo 5. lib. 5. novi ordinarij tanci, qui à fortiori eisdem fundamentis innixi idem de injuste à Religiosis acquisitis docere deberent; quae sententiam circa monachos expressè docuit Navarrus Comm. 2. de Regularib. num. 4. asserens monachum ex injuste acquisitis (& idem sentit de servo) nec sibi, nec monasterio acquirere; argumento C. fin. col. 2. de Regularib.

Quid de injuste acquisitis dicitur.

Contrariam sententiam tenet Soto 4. lib. de just. quaest. 7. art. 1. quem sequitur Molina Tom. 1. de just. tract. 2. disput. 94. qui in specie docent, monachalem ea, quae per fornicationem acquisivit, non minus teneri redoere monasterio, quam si labore manuum suarum ea comparasset, cui sententia favet Accursius in d. l. Cum oportet, verbo si ex substantia, C. de bonis, qua lib. ubi docet fructus à filio-fam. ex usuris provenientes, patri acquiri. Et expressè colligitur ex l. per servum, §. 5. sed ut sequens, de acquir. rerum dominio, ubi acquisita per servum etiam ex nummis furtivis, dominio acquiruntur, imò etsi jura expressè disponent, illicitè acquisita à servo, uxore, filio-familias domino, marito, aut patri non comparari, haec juri decisio ad monachos minime extendenda esset, quia illi non habent totalem, atque omnimodam reci-

Fili 3. hendi

IESU
Spir.
II

nendi incapacitatem, qualem habet monachus, ratione voti paupertatis, & strictissimæ subjectionis. Si enim monachus voto paupertatis abrenuntiavit possessioni etiam eorum, quæ licite poterat acquirere; quanto potiori jure dominium non licite acquiritorum à se discussit? ob quam rationem crediderim, prædictos primæ sententiæ Authores, licet de filio familias, uxore & servo fuerint aperte locuti, ad monachos eorum mentem non esse extendendam.

Mihi verò nulla harum opinionum eo modo nudè considerata probatur. Quare distinguendum existimo de illicitè acquisitis, ut in simili ferè casu D. Thom. distinguit 2. 2. q. 32. art. 7. *In corpore*, agens de filio-familias. Nam vel sunt illicitè acquisita, justè verò possessa, ut solent esse ea omnia, quæ quàmvis turpi quâdam actione conquirantur, ea tamen acquirens justè possidet, ut sunt bona meretricum, &c. & ea, quæ moniali ob hanc etiam turpem causam darentur, & de his nulla potest esse dubitatio, quin ad monasterium pertineant; & in hoc sensu accipienda est secunda sententiâ; alia verò sunt bona, quæ illicitè & acquiruntur & possidentur: ut si Religiosus usurâ vel furto rem comparet, in quo sensu vera est prima sententiâ, quâ distinctione utriusque oportet in his, quæ injustè à servo vel filio-familias acquiruntur.

CAPVT VI

An si fiat donatio Monacho, vel relinquatur ipsi legatum, eâ conditione, ut nihil monasterio acquiratur, teneat hujusmodi legatum aut donatio?

Hanc dubitationem movit Abbas Panormit. 2. parte consil. 44. & in *Cap. Monachi, de statu monachorum*, ubi Bartoli sententiâ in *Authent.* excipitur *Cap. de bonis, qua liberis*, secutus, tenet eam conditionem, nisi illam rectè interpretemur, aliquid impossibile continere,

nimirum, ut aliquid sit monachi, quod monasterio minimè acquiratur; & proinde talis conditio videtur donationem vitare, ex l. *Vbi pu- gnan- ff. de reg. juris*. Addit tamen supradictus Author, ea verba sic intelligi debere: Relinquo Titio monacho hæc & illa bona, ita tamen nè monasterio acquirantur, hoc est, ut monasterium patiatur ac sinat, eorum bonorum Titium administrationem habere, sive quod idem est, ut Titius administrationem & usum habeat, monasterium verò dominium acquirat; ac rursum, ut Titius habeat administrationem & usum, quem tamen ad nutum Abbas possit, quando voluerit revocare. Ita præter Authores citatos docuerunt Baldus in *C. Clericus, de judiciis*, Sylvester verbo Religio 8. num. 5. Azorius lib. 12. *Instit. moral. c. 10. versu Tertio quaritur*, Emma, Rodericus Tom. 2. *qu. Regul. q. 125. art. 2.* & in eam sententiâ inclinat Navarrus de *Regul. Concl. 75. nu. 49. & 50.*

Quod si inquiras, quid sit judicandum, si in conditione exprimatur, ut nihil juris monasterio acquiratur. Respond. ex sententiâ Bar-

toli & aliorum, tunc ratum & firmum esse legatum, quia debet intelligi iano modo, scilicet, ut monasterium patiatur monachum habere administrationem legati, eo modo quo potest, scilicet consentiente Abbate, & sic nihil acquiritur monasterio, respectu utilitatis, quàmvis acquiratur respectu juris, imò & legatum relinquere tur eâ formali & expressâ conditione, ut taliter commoditas & usus ad monachum spectarent, ut nullatenus à Prælato auferri, vel in per his molestari ab eo possent, etiam tunc secundum mentem prædictorum Authorum validum erit, quia tantum continet, ut Prælati permittat monacho legatum de bonis sibi relictis disponere in proprios & necessarios usus, & hoc minimè paupertatis naturæ repugnat. Præterea ut legatum esset relictum eâ conditione, ut prohibito Religiosus ad quoscumque usus eo uti possent, adhuc ad monasterium pertineret, & eo monachus uti non possent, nisi dependenter a voluntate Prælati, quia cum ista conditio ut turpis, & contra voti paupertatis naturam, habeat pro non scripta, argumento text. in l. *Carionem, ff. de oper. liberorum*.

Si verò Prælati nollet consentire, ut monachus in tali casu habeat administrationem & usum, legatum aut donatio nullius erit momenti, quia conditio non impletur, quæ erit, ut monachus, consentiente Abbate, administrationem haberet.

CAPVT VII

In quo de variis casibus & Religiosorum statibus, quantum ad acquisitionem, agitur.

AB SOLUTA jam generali illâ disputatione de acquisitione, quæ monasteriis committitur, reliquum est ut spectatum ad alios Religiosorum status descendamus, varios alios casus enumerando, quando, inquam, monachi boni, quando verò monasterio, & cui monasterio acquirant; & antequam ad ulteriora progrediamur, quæ erendum erit,

DVBIUM I.

An professus Religionem in certo Monasterio, acquirat illi, an verò alteri ejusdem Ordinis?

RESPONDETUR: Si de jure communi loquamur, illi tantum acquiri, in quo profectus, ut rectè probat Navarrus *Com. 2. de Regularibus, num. 5.* & Abb. Panorm. *Cap. In præsentia, de probat. num. 103.* Quæ jure communi, & juxta Regulam S. Benedicti quodlibet Monasterium est in cura & potestate Abbatis, & Abbas subijcitur Episcopo ut Superiori, in cuius Diocesi Monasterium est constitutum; unde jure communi & antiquo quilibet Monachus acquiri illi monasterio, cuius est monachus, illius autem monasterii censetur monachus, cuius est filius; ejus verò filius, in quod ingre-

D V B I V M II.

De Religioso assumpto in Episcopatu.

Ratio dubitandi est, quia monachi ad Cardinalis vel Episcopi dignitatem assumpti, liberè quasi veri Domini disponunt de bonis Ecclesiasticis, neque acquirunt quicquam sui Ordinis monasteriis; adde, quòd Episcopi aliquando sunt Comites, Marchiones, vel Duces, & proinde domini rerum ad illam dignitatem pertinentium.

Magister Soto lib. 10. de iustitia, q. 5. putat Episcopos regulares liberos esse sive dispensatos in voto paupertatis; quia Episcopi ex monachis creati non aliter obtinent portionem sibi assignatam, ac Episcopi seculares, qui verum habent dominium suæ portionis, & præterea quia in C. Statutum 18. qu. 1. decernitur, Episcopos habere jus successione hereditariæ. Ac demique, quia Pontifex interdum Episcopis à familia monachorum assumptis, solet concedere facultatem condendi testamentum.

Contraria tamen sententia verior est, Episcopos voto paupertatis non esse absolutos, licet nec voto obedientiæ, ut expressè docet D. Thom. 2. 2. q. 83. art. 11. ad 4. & quest. 185. art. 8. ac ex consequenti, Episcopi eorum, quæ post dignitatem Episcopalem acquirerunt, non habent verum dominium: habent tamen plenariam potestatem, ut his liberè utantur, dum vivunt; post mortem verò illorum, ad Ecclesiam, in qua sunt Episcopi, non verò ad monasterium pertinebunt, ut habetur in C. Statutum. 18. q. 1. & C. Ne pro cuiuslibet. 16. q. 1. juncta glossa verbo, sacrum, quam opinionem secuti sunt Innocent. Holtien. I. Andreæ, Ancharranus Card. & Panorm. in C. Cum olim. 2. de privilegiis; estque opinio D. Thom. 2. 2. q. 185. art. ult. ad 3. quem sequitur Turrecremata in C. Nulli. 12. q. 5. in responsione ad 5. n. 73. & Navarrus d. c. Non dicatur, nu. 6.

Neque his obstat Episcopos liberè disponere de bonis acquisitis, quia ad hoc non requiritur dominium, sed sufficit, si habeant administrationem, qualem Canones eis permittunt, tum ad suam sustentationem, tum ad pias causas. Neque enim obstat d. c. Statutum, in quo M. Sotus fundatur: nam ibi solùm decernitur, monachum factum Episcopum quidquid postea acquirat, Ecclesiæ, cui præest, acquirere, non verò monasterio; cuius rei eà redditur causa, quòd sit à Regula monastica, hoc est, à Prælatorum obedientia absolutus, quasi dicat, non sicut antea monasterio acquirat, non tamen ex hoc sequitur sibi acquirere. Deinde jus successione non acquiritur denuo per Episcopatum; nam illud ei etiam antea existenti monacho competebar, & ita sicut antea hereditas paterna ad Monasterium deveniret, si ei in Monasterio commoranti contingeret, ita quòd acquirat post Episcopalem, aut Pontificiam dignitatem non sibi, sed Ecclesiæ acquirat.

Demum Pontificis autoritate possunt Episcopi condere testamentum; nam cum facultas disponendi de suis bonis in pios usus

firmum esse loquendo modo, scilicet monachum, eo modo quod dicitur, & sic in respectu utilitatis, ut in iuris, mo & fiscali & expressè dicitur, & ultra ad factus à Prælati ab eo pollet, in predicationem tantum contumacho legatione in prope minime parere illegatam pro iudicio Re uti pollet, ad & eo monachenter a voluntario ut turpiteram, habeatur in i. C. de vov.

Aliud confirmandum de Mendicantium Ordinibus.

Ceterum in Ordinibus Mendicantibus, & in similibus aliis, in quibus multa monasteria in una Provincia suscipiuntur Priori, Provinciali, & omnia Ordinis Generali; Monachus, qui professus est in uno monasterio, potius acquirat universò Ordini, quam illi monasterio, licet bona eidem monasterio regulariter applicentur (vel consuetudine id fiat, vel Constitutionibus illius Ordinis) ei in quo proficetur. Ratio est, quia in his Ordinibus non sunt similes filiationes, ut in Ordinibus Monachalibus, ac proinde cum proficetur Regulam, non proficetur se filium & monachum illius Cœnobii, sed totius Ordinis.

Et confirmatur, quia cum post emissam professionem huiusmodi Religiosi indiscriminatum designentur à Superioribus Conventuales in universo Ordine, & Monasteria alia sapienter onerentur ægrotis, & aliis Monachis minus idoneis ad obsequia Religionis, contentaneum videbatur, ut illorum bona priori monasterio applicata, possent etiam indiscriminatum à Generali totius Ordinis distribui, atque ad indigentiam aliorum monasteriorum.

Præterea hoc confirmatur, quia cum in una Provincia in Religionibus reformatis solet esse tantum una aut altera domus Novitiatûs, iis tantum Monasteriis obvenirent hereditariis & legata ingredientium, cæteris monasteriis nihil horum acquirere, ac proinde fieret injuria Professorum domibus, quare ad Generalem similibus Ordinum, imò etiam ad Provinciale spectat applicare bona huius monasterii aliis, in spectat æquitate & necessitatibus singulorum, ut in specie docuit Azorius Tom. 1. Instit. moral. l. 2. c. 10.

Quid ergo de acquisitione monachi dicendum erit, quando monasterium proprium illius, & alia Religionis destructa sunt; cui nempe tunc monachus acquirit? Glossa Holtien. I. Andreæ, Felinus, & alii in Cap. Cum dilecta, de respectibus, affirmant illa bona debere esse communia universis illius Ordinis monachis. Quòd si unus monachus solus remaneret, tunc certum est, illa pertinere ad Summum Pontificem, qui est Superior Generalis omnium Religionum, cuius arbitrio expendi deberent.

Quid de Fratribus, Observantibus, & Capucinis.

Majus tamen dubium est de Religiosis Franciscanæ familiæ, qui vulgò Observantes vel Capucini vocantur, qui nihil privatim; neque in communi tanquam proprium possidere queunt, cuiam acquirant, cum eorum Cœnobium bonorum mobilium, aut immobilium minimè sit capax? Sed de hoc diximus supra, ostendentes usum facti, siue administrationem, esse apud monasteria; ipsum dominium verò & jus administrandi apud Summum Pontificem.

IESU
Spiritus
II

firmum esse loquendo modo, scilicet monachum, eo modo quod dicitur, & sic in respectu utilitatis, ut in iuris, mo & fiscali & expressè dicitur, & ultra ad factus à Prælati ab eo pollet, in predicationem tantum contumacho legatione in prope minime parere illegatam pro iudicio Re uti pollet, ad & eo monachenter a voluntario ut turpiteram, habeatur in i. C. de vov.

VII.
& Religio
um ad
tur.
putatione
s com, eity
Religioso
lios calis
nacin ius
monasterio
ora progie
I.
in certo
o an
ni loqua
rositenti
ularibus
nencia, de
& juxta
donalle
& Ab
in cuius
& unde
nachus
nachus
nachus
ingret
tus

duret usque ad mortem, possunt tunc Principis, nempe Ecclesiastici, auctoritate distribuere in eos, quos Episcopi maluerint, dummodo honesti sint & utiles.

D V B I V M III.

De Monachis beneficia ecclesiastica obtinentibus.

REGULARES non solum sunt capaces sui Ordinis beneficiorum, ut sunt Abbacia, Prioratus, Parochia Monasterio annexa, sed & jure communi beneficiorum aliquorum secularium, ut Episcopatus, C. Nullus Religiosus, de electione, & etiam eorum, quæ annexam habent curam animarum, ut habetur C. Doctores, 16. q. 1. imò & dignitatis in Ecclesia seculari, ut Præposituræ & Decanatus, si propriè habent curam animarum, & meritò hoc illis concessum est, quia ratione hujus curæ ad similia beneficia præ aliis sunt idonei. Ad Canonicatum vero, & alia beneficia secularia, quibus non est annexa animarum cura, jure communi sunt inhabiles. Ita Panorm. in C. Super eo, de Regular. & C. Quod Distimorem, de litat. Mona.

Religiosus beneficiatus ex beneficii redditibus acquirat. Respondetur, ipsum non Ordini, nec Monasterio, sed suæ Ecclesiæ acquirere. Colligitur ex Cap. Statusum, 18. quæst. 1. Ubi, ut in superiori dubio annotavimus, dicitur quòd Episcopus, qui absolutus est ab obedientia & Regula Monastica, non Monasterio, sed Ecclesiæ acquirat. Sed idem juris videtur esse in Religioso translato ad Ecclesiam, vel beneficium, quia desinit esse sub obedientia & potestate Prælati & Monasterii, quibus an eà suberat, & incipit subelle Ordinario, cui illa Ecclesia subiecta est, secundum gloss. in Clem. 1. verbo claustrum, de litat. Monachorum.

Quam commendat Panormitan. & Joan. Andreæ in Cap. Monachi, de statu Monachorum, quos refert & sequitur Navarrus Comm. 2. de Regul. num. 6. & de redditibus quæst. 3. movit. 11: num. 1. ubi extendit hanc sententiam ad quodcunque beneficium etiam regulare. Hoc autem verum esse arbitror non solum de redditibus Ecclesiasticis, sed etiam de bonis acquisitis à Monacho beneficiario ex industria, arte, labore, vel opera sua, vel donatione aliorum, quia non est sub obedientia Ordinis, ut decernitur dicto C. Statusum.

Et quod magis est, Navarrus ubi supra num. 6. extendit ad beneficium quodcunque etiam regulare, etiam si sit ad nutum Superioris amovibile, qualis est Abbacia extra suam Monasterium, aut Parochia illi Monasterio annexa, unde Prælati non potest illi pensionem de novo imponere, vel fructus in utilitatem monasterii convertere.

Ex quibus meritò infert Navarr. Com. 1. 2. de Regul. num. 10. & 11. monachum beneficiarium posse disponere de fructibus beneficii ad honestam sui sustentationem, & ad pias causas, non aliter ac secularis potest de fructibus beneficii suisquam sententiam profertur esse usu receptissimam, & aperte insinuati in Clement. 2. §. Sed & talis, de vita & honest. Clericorum, ubi

assignatur differentia inter Regularem simplicem, & beneficiarium, quòd hic absque facultate Superioris possit immediate in opera impendere, ille verò non possit. Hanc tamen Navarrus sententiam veram existimo, si loquamur de Regularibus, qui exempti sunt ab obedientia Prælatorum, nec subiunt Prælati regulari, vel de his, quibus à summo Pontifice collatio est facta; verum non est ita certum de aliis, qui ad nutum Prælati possunt amoveri. Nam quàmvis Prælati non possit imponere beneficio novam pensionem, tamen postquam ex beneficio, inferior fructus aliquos percepit, quos in commodum suæ ecclesiæ non erat impensurus, non videtur à ratione alienum, ut Prælati de illis possit statuere, vel præscribere modum expendendi, quia revera hujusmodi reputantur quasi officiales Monasterii vel Abbatis, quibus illa obedientia commissa est.

D V B I V M IV.

De Monachis extra Monasterium degentibus.

DE Monachis extra Monasterium degentibus, qui iusta de causa facultate obtentâ à Summo Pontifice, vel altero Superiore, extra claustrum vivunt, dubitari meritò potest, cui acquirant? In qua dubitatione primò statuo, attendendum esse an simul habeant facultatem convertendi in suos usus ordinationes pios, ea quæ operâ suâ & industriâ acquirunt; & tunc non est dubium quin possint dispendere in vita de bonis acquisitis, post eorum verò mortem cedunt monasterio, nisi facultatem habeant peculiatem à Summo Pontifice de histestandi. Ita Navarr. Cap. Non dicitur, 72. & 73. quem sequitur Molina Tom. 4. lib. 1. de justit. & jure, Tract. 2. disp. 140. qui etiam concedit facultate à Summo Pontifice concessâ alicui Professo degendi in sæculo per totam vitam, eo ipso ceteri illi concessam facultatem administrandi bona, quæ suâ industria acquisierit, & de illis disponendi, etiam per donationes suo statui convenientes: Non verò ita amplam, quàm eis Navarrus concedit, nempe ut cappellas de bonis acquisitis possint inlituere, & similia alia.

Secundò existimo Religiosum, qui Romani Pontificis consensu extra Monasterium vivit, ex certa pensione in singulos annos sibi assignata, posse disponere de fructibus hujus pensionis in suum commodum & sustentationem, post ejus verò mortem bona ejus spectant ad Summum Pontificem, quia dominium & proprietas pensionis & fructuum pertinet ad Pontificem, cujus etiam permisso aliquando Religiosus facultatem habet, ut fructus, qui super sunt, impendat in usus honestos, quos ipse voluerit, Azorius Tomo 1. lib. 12. Institut. Moral. c. 10. & adducit pro sua sententiâ Navarrum Comm. 4. de Regularium, 68. licet Navarrus in contrariam videatur inclinare sententiam. Nec tantum ea bona, quæ expensione sibi collatâ acquirit, ad Pontificis liberam voluntatem spectant, quantum ad dominium, sed etiam ceterorum omnium, quæ sibi jure hereditario,

tario, donatione, arte, industria, labore, sive alio modo adquisierit, dominium Rom. Pontifici acquiritur, usus verò & administratio ad ipsum Religiosum, non verò ad Religionem spectat; quia cum exemptus sit ab obedientia sui Ordinis, nec bona proveniant ex beneficio ecclesiastico; non Ordini, neque Ecclesie acquiritur, sed Summo Pontifici; ita Navar. loco citato.

Tertio dico, Religiosum ex ra Monasterium degentem, non in perpetuum, sed ad tempus, non habentem beneficium ecclesiasticum, aut pensionem ullam, regulariter Monasterio acquirere. In quibus oportet considerare facultatem sibi à Superioribus, vel à Summo Pontifice concessam quantum ad dispositionem, vel administrationem bonorum, & secundum eam in usus sibi necessarios, vel pios disponere, cetera verò bona, quorum dispositio libera ei non est commissã, non sibi, sed Monasterio acquirit; adhuc enim non dicitur exemptus ab obedientia sui Ordinis. Hæc autem quæ diximus circa bona Religiosorum decedentium, ac extra propria monasteria degentium, nempe quòd ad propria eorum monasteria pertineant, intelligenda sunt de jure communi antiquo; Postea verò Paulus IV. in Constitutione, quæ incipit, *Postquam divina*, decrevit bona Religiosorum, qui egrediuntur, vel ejiciuntur, vel ad alium Ordinem transeunt, vel etiam suorum Superiorum contentu extra Cœnobija & claustra commorantur, undecunque vel quomodocunque fuerint acquisita, sive ex testamento, sive ex beneficio, sive ex industria & arte, mercatura, negotiatione, seu aliorum donatione ipsi monasteriis, deberi, in quibus illi primò professionem emisserant.

At quia ista Constitutio Pauli IV. usu recepta non fuit, idèd Gregorius XIII. in Constitutione, quæ incipit, *Officii nostri*, &c. constituit, ut hæc Religiosorum bona ad Cameram Apostolicam tanquam spolia pertinerent, quam citat Navarrus Tomo 1. *consiliorum*, sic de donationibus, *consilio* 10. num. 3. secundum novam editionem, & apertius Tomo 2. *Institution. moral. lib. 8. cap. 3. prope finem*; quod crediderim intelligendum de Religioso ex Superioris facultate ad tempus extra monasterium commorante, & beneficium ecclesiasticum, seu pensionem habente.

D V B I V M V.

De Monacho translato ad aliam Religionem.

Vide **D**E Monacho transeunte ad aliam Religionem, an etiam cum ipso transeant bona, distinguendum puto cum Menochio Tom. 1. *de arb. jud. quæst. casu* 436. *de propriet. & usufructu*. Si loquamur de bonorum proprietate, & Religiosus sine justa causa, & sine autoritate Prælati fuerit translatus, tunc bona jam primo Monasterio acquisita non transferentur ad secundum, quia translatio hæc debet fieri mediâ professione: Hæc autem est invalida & nulla, & ita non competit Monasterio jus acqui-

rendi; ita tenet Sylvester, *verbo*, Religio, 4. *quæst.* 10.

Si verò translatio fuit juridica, tunc transeunt & bona ad secundum Monasterium, quia bona videntur acquisita primo Monasterio in consequentiam personæ; ergo transeunte personâ transire debent bona. Præterea, quia bona acquiruntur Monasterio sub quadam conditione, donec in eo erit Religiosus. Ita tenent communiter Canonistæ, licet Sylvester *ubi supra*, P. de Perusio in *Tract. de mutat. stat. ecclæs.* c. 1. num. 1. & alii, quos refert & sequitur Molina Tom. 1. *de just. & jur. tract.* 2. *diff.* 140. distinguant de bonis, & ea, quæ ante secundam professionem pertinent ad talem Religiosum, asserent esse prioris Monasterii; quæ verò post secundam professionem comparaverit, ad secundum pertinere, idque existimant colligi apertè ex Cap. Statutum, 18. *qu. 1.* quæ sententia probabilitate non caret.

Si verò loquamur solum de usufructu bonorum, & transitus fuerit justus de causis, tunc usufructus erit Monasterii, in quo emisit secundam professionem. Si verò sine justa causa, tunc remanet apud primum Monasterium cum Monacho verò translato in aliud Monasterium, & ibi in penitentiam recluso, tantum fructus transeunt in secundum Monasterium in alimenta; transacto verò tempore consolidantur cum proprietate, & pertinent ad primum Monasterium, ita Menochius *ubi supra*, Panor. Covarr. & alii citati à P. Molina loco *suprà* citato.

D V B I V M VI.

De Monachis fugitivis, apostatis, & expulsis à Religionem.

Monachus fugitivus & apostata sive deponat, sive non Religionis habitum, prout Monasterio acquirit; ita colligitur ex Cap. *Andræ* Quanto, *de off. ordinarii*, ubi tenet Hostiens. n. 208. I. Andr. Ancharanus, & communiter omnes ibi scribentes; & ex Cap. *Abbares*, 18. *qu. 2.* quibus subscribunt Navarrus Cap. *Non dicatis*, num. 65. Sylvester, *verbo* Religio, 4. *qu. 10.* Carolus Tapia in *Authent. Ingressi*, *verbo* *suæ*. c. 7. num. 10. Ratio est, quia non est adhuc exemptus ab obedientia, & ita sicut servus fugitivus, quicquid acquirit, Domino acquirit.

Major tamen dubitandi ratio est de Monachis à Monasterio expulsis, cui nempe & quomodo acquirant. In quo variè loquuntur Authores. Navarrus Cap. *Non dicatis*, num. 33. distinguit inter ejectum justè, & ejectum injustè. Ejectus injustè acquirit Monasterio, quia per ejusmodi ejectionem injustam non est praecisus ab eo, nec delictum Prælati potuit Monasterio nocere. Pro qua sententia citat Panormitanum in Cap. *suæ*, num. 3. *de Regular.* Si verò justè fuerit ejectus, non videtur acquirere Monasterio. Et ratio Navarri mihi placet, quia valde consona est his, quæ superius adduximus, nempe quia tunc Monachus desinit esse membrum obedientie illius. Quare non acquirit Monasterio, cui antea erat addictus, radix enim acquisitionis & translationis bonorum

IESU
 Spirit.
 II
 II

egularem sibi
 hic abique fa-
 mediate in opera
 offit. Hanc ta-
 in existimo, si
 cui exempti sunt
 e subsunt. Pre-
 à summo Pon-
 non est ita ce-
 Prælati possunt
 atus non possit
 bonem, tamen
 ior fructus ali-
 tum suæ eccle-
 detur à ratione
 sic statueret, vel
 si, quia revera
 ciales Mona-
 edientia com-

IV.
 monasterium

riam degen-
 tate obedi-
 o Superiori
 i merito po-
 tatione pri-
 mul habeant
 ulus ordina-
 ultriâ acqui-
 quin possint
 is, post eo-
 erio, nisi fa-
 ummo Pon-
 Cap. Non di-
 Molina Tom. 1.
 qui etiam pu-
 ce concessis
 per totam
 am facultate
 dultriâ se-
 am per do-
 Non verò
 concedit,
 itis possint

ai Romani
 ium vivit,
 s sibi affi-
 ius pen-
 ationem,
 estant ad
 inium &
 etinet ad
 liquando
 ctus, qui
 quos ip-
 it. Moral.
 avarrus in
 rarius in
 entiam,
 sibi col-
 olunta-
 12. §. 5.
 n. 207.

CAPVT VII.

An Religiosus sit capax alicujus juris.

norum in Monasterium est obedientia, quâ sublatâ optimè colligit Navarrus cessâsse jus acquisitionis Monasterio. Hanc opinionem tenet Panormitan in *d. c. fin.* & in *c. 1. sub finem*, de infantibus expositis, & Henr. Boick in *d. c. finali*, & in *Cap. Quanto. de off. Ordinarii*, ubi communiter idem censent Canonistæ. Quibus favet Innocent in *Cap. Cum olim. 2. de privi. nu. 3.* & ibi Hostiensis & Joannes Andreas *num. 3.* Car. & Hen. Boick *num. 4.* Archidiaconus in *Cap. Abbates. num. 7.* & 10. quamvis contrarium immeritò tenuerit P. Molina, *ubi supra* eâ ratione ductus; quoniam Monasterium per justam ejectionem amittere non debet jus, quod ad illa bona habebat, quinimò cum Monasterium amiserit jus & potestatem in personam, mirum non est, quod etiam in bona amittat, & quâvis teneatur se reddere dignum, ut iterum admittatur, dum tamen non admittitur, membrum præcisum est, ac separatum.

Objeçtio. Sed dices, expulsus adhuc manet Religiosus, cum teneatur servare vota castitatis, obedientiæ, & paupertatis, prout status ille permittit, cui ergò tunc acquireret, si Monasterio non acquireret? Navarrus affirmat quod acquirat novum dominium DEO & jus administrandi ejus Vicario, nempè Papæ, quamvis etiam ibi significet Monachum non exemptum Episcopo acquirere, quia illi ex voto obedientiæ tenetur obedire eo modo, quo antea tenebatur obedire Prælato Monasterii, & ob id acquirat Episcopo; in quam sententiam inclinant Canonistæ citati.

Respons. Mihi verò inprimis non placet, quod Monachus ejectus acquirat Episcopo: Quia si ob aliquam rationem deberet acquirere, maximè quia est sub ejus obedientia ita strictè, ac antea erat sub Prælato Regularium, quæ ratio insufficientis est; quia Religiosus, cum ad talem Episcopi obedientiam non fuerit ratione voti adstrictus (durum enim videtur, & contra præxim in Ecclesia receptam, ut optimè docet Molina *ubi supra*, eos ad tam arctam obedientiam Episcopis præstandam teneri, quare non aliter ac alii Clerici sive personæ Ecclesiasticæ Episcopis obedire tenentur) non video rationem, aut titulum sufficientem, in quo possit fundari hæc Episcopo acquisitio: unde cum nec ratione voti obedientiæ, nec ex alia parte jure aliquo constet Monachos sic ejectos Episcopo acquirere, sine fundamento fingitur talem acquisitionem ad Episcopum pertinere.

Quare probabilius mihi videtur quod Monachus ejectus acquirat proprietatem & dominium Papæ, quia cum Pontifex sit Generalis omnium Religionum, illique tacitè Religiosi atctiori vinculo, quàm alii Christiani ratione voti obedientiæ, obedire teneantur; optimè sequitur eorum bona ratione superioriæ, sive voti obedientiæ ad Papam immediatè pertinere; ejectus verò dum vivit, habet bonorum administrationem, & ad suam congruam sustentationem, & ad pias causas, imò & ad competentes suo statui donationes faciendas; nequit tamen testamentum condere.

Cum latissimè pateat hoc quæsitum, nos breviter ea annotabimus, quæ magis ad præsentem tractationem conducunt, & ante omnia præmittemus non immeritò dici Religiosos incapaces domini rerum tantum temporalium, quia à dominio, vel quasi dominio juris & bonorum spiritualium nullâ ratione excluduntur. Nam Monachi beneficium obtinentes habent dominium & possessionem suorum beneficiorum & possunt agere nomine proprio pro eorum dominio obtinendo, & pro adipiscenda aut retinenda eorum possessione.

Potest etiam simplex Religiosus agere nomine proprio super jure eligendi sibi competente: idem censendum de jure alimentorum, aut manendi in tali vel tali Monasterio, ut latius prosequitur Navarrus *q. 1. de reddit. Mon. 9.* & *Comment. 2. de Regul.* Et ratio est, quia per votum paupertatis Religiosi non renuntiant bonis spiritualibus, nec Juribus prædictis aut honoribus, qui pro his debentur, sed tantum temporalibus, ut expressè docet D. Thomas *q. 18. 6. art. 7. ad 4. his verbis: Honori ergò, qui DEO & Sanctis omnibus exhibetur propter virtutem, ut dicitur in Psal. 38. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui DEVS, non competit Religiosi abrenunciare, qui ad perfectionem virtutis tendunt.* Videndus est *ibidem* Cajetanus.

An verò Religiosus jus habeat eligendi sepulturam, solet dubitari ab aliquibus; & quæstio procedit de Religiosis, qui extra monasterium sub obedientia tamen Superioris degunt, cujus dubitationis ea est ratio & vera resolutio. Religioso non competere jus eligendæ sepulturæ, habetur expressè in *capit. Licet. de sepult. in 6.* ubi decernitur Religiosos nisi à propriis Monasteriis adeo forsati sint renoci, ut ad ea, cum moriuntur, commode deferri non possint; cum velle vel nolle non habeant, non posse sibi eligere sepulturam, sed esse apud sua monasteria sepeliendos. Et quâvis se vo vel filio-familias concedatur eligere sibi sepulturam, aliud jus est in Religioso; quia in his etiam, quæ spiritualia sunt, Religiosus sæpè Superioris voluntati subjicitur, servus autem vel filius-familias domino vel patri non item. Videndus est Navarr. *Com. 2. de Regul. n. 43.*

An verò Religiosus possit esse fidejussor, aut tutor, saltem miserabilium personarum, controversi etiam solet à multis; utriusque tamen difficultatis negativa pars videtur certa, nempè Monachum absque Superioris consensu, neque fidejussorem, neque tutorem fieri posse: non primum; quia nihil proprium habet quod alteri obliget; & præterea, quia, ut habetur *Instit. de fidejussionibus, in princ.* Is solummodo fidejuberere potest, qui liberam suorum bonorum administrationem habet; non secundum, quia ex tutelæ administratione oritur obligatio civilis, quæ non cadit in Religiosum, non consentiente Superiore, eo tamen annuente potest Religiosus tutelam suscipere.

16. qu. r. Quare Conventus non tenebitur in utroque calu, nisi quatenus cedit in eius utilitatem, argumento Cap. Quod quibusdam, de fideiuss. rhu. Ita Silvester verbo fideiussur, n. 5.

An procurator vel administrator.

Neque potest Religiosus absque Superioris consensu consentire in electionem, qua ab externis constituitur Procurator sive administrator, sicut nec ipse (ut in Clement. Religiosus, de procur. dicitur) potest nomine proprio constituere procuratorem, saltem in temporalibus, quorum capax non est, quia in spiritualibus quibusdam id ei non prohibetur, pro jure enim manendi intra Monasterium propriu, & ad illud redeundi ac ferendi suffragium in sua congregatione, aut Capitulo, aut in jure eligendi aut sedendi in Choro, aut in jure alimenta vel impensas à Monasterio exigendi suo nomine, vel per Procuratorem agere potest, ut rectè secutus Navarrum annotavit Azorius Tam. i. Instit. Moral. lib. 12. Cap. 11. dubio 9. Et quamvis ipse cum aliis absolute existimet, Religiosum non posse constitui procuratorem.

Nos tamen distinguendum existimamus; nam si loquamur præcisè de procuratoris nomine (quo in sensu Procurator is dicitur, qui instrumentum à mandante accipit cum mandato & procuracione speciali ad aliquid agendum, ut non tam ipse sit, qui id agit, quam qui mandatum & procuracionem ad id in particulari ei dedit, qui utitur ipso tanquam instrumento, quo mandans operatur ac verè agit) & in hoc casu hujusmodi procurator non sibi acquirit actiones, sed mandans solus est, qui sibi immediate acquirit actiones & totum jus, imò

& illi sit traditio, si quæ intervenire debeat, & hujusmodi procurator in simili casu tantum habet rationem internuncii, aut quasi epistolæ, quia mandans id exequitur: unde sicut contractu celebrato inter absentes per internuncium aut epistolam, non est internuncius, aut epistola, qui celebrant contractum, sed ille qui per eos exprimit consensum suum, & ei jus & actiones acquiruntur; ita res habet in procuracione, de qua loquimur, quare non video cur Religiosus non possit hujusmodi procuracionem, aut administrationem exercere, salvo paupertatis voto, ut nihil sibi Juris acquirat, fateor tamen obedientiam graviter lædi: si verò nomen Procuratoris latius sumatur, nempe cum quis de mandato alterius aliquid ita agit, ut nomine proprio agat, ut qui commissiones habent latissimas ad emendas in Hispania lazas & hujusmodi alia, tunc quia ipsi sunt, qui contrahunt suo nomine, manent omnino obligati, competuntque ipsis alia jura & actiones secundum negotiorum qualitates, & quia hujusmodi actiones à Religiosis sine Prælatorum consensu non possunt exerceri sine proprietatis vitio, ut latius constat ex superioribus, ob eam causam non possunt constitui Procuratores ad negotia extraneorum peragenda renuente Prælato.

Demum, an Religiosus possit esse testamentorum executor, & an possit constitui patronus, & hujusmodi alia, latius infra, ubi sese obtulerit occasio, disseremus.



TERTIA

IN IESU
Spiritu
II

VII.

pax alicujus

quæsecum, non
s, que magis ad
ducunt, & ante
merito dici Reli-
um tantum tem-
el quasi dominus
um nullâ ratio-
achi beneficium
& possessionem
ant agere nomi-
obtinendo, &
eorum posses-
iosus agere no-
di sibi compe-
alimenterium,
onasterio, ut
de reddu. Man-
io est, quia per
on renuntiat
s prædictis aut
sed tantum
et D. Thomas
onori ergo, qui
propter vira-
em nimis bene-
meritis Religio-
vritur tendant.

eligendi se-
bus; & que-
extra mona-
superioris de-
atio & vera
ius eligendi
capite Licet,
gros nisi à
lunt remoci,
ode iustiti-
m habeant,
ed esse apud
mvis serivo
e sibi sepul-
qu' à in his
iosus sapè
vius autem
non item.
l. n. 43.
jullor, aut
m, con-
ue tamen
rta, nem-
onensu, in
tri posses-
et quod
habetur
ummo-
um bo-
secum-
oritur
eligio-
tamen
cipere.
16.

TERTIA PARS HUIUS TRACTATUS.

De variis Religiosorum actibus, in quibus proprietatis vitium contingere potest.



Vz pertinent ad acquisitionem monasteriorum, quæ sit per Religiosos eorundem, tanquam per instrumenta, eorum Monasteriis, superioribus explicavimus. Restant tamen explicanda alia, non minoris ponderis, & quæ in praxi omninò necessaria videntur, utpotè quæ juvare magnoperè possunt Religiosos ipsos, ut cautè ambulent, cum timore & tremore salutem suam operantes; ea sunt *Primò*, an Religiosus donare aliquid sine Superioris licentia possit. *Secundò*, an possit recipere. *Tertiò*, an retinere in scio Superiore aliquid valeat. *Quartò*, an proprietatis vitium sit permutare, mutuare, accommodare, aut alio modo contrahere sine Prælati consensu. *Quintò*, an detur casus, in quo Monachus retinere aliquid possit sine Prælati licentia, & quæ possit Prælati intra Voti Paupertatis limites disponere, quidè alii Superiores, sive Ministri Monasterii, adjunctis aliis rebus, quæ valdè videntur conducere ad eradicandum pessimum proprietatis vitium. Univerſa autem hæc disertatio præcipuè locum habet circa subiecta verba.

Textus in Cap. *Non dicatis.*

Certum est eos nihil habere, possidere, dare, vel accipere sine Superioris licentia debere. Quod si propinquus, vel amicus, vel quilibet Fratrum, cuiquam aliquid offerre voluerit, primò quidem Superiori insinuetur, & sic suscipiatur si ipse mandaverit. Et intrà. Consequens ergò est, ut etiam qui suis filiis in Monasterio consistit ut is aliquam contuleris vestem, sive quolibet aliud inter necessaria deponendum, non occultè accipiat.

Et in Cap. *Cùm ad Monasterium.*

Unè si quidquam fuerit alicui specialiter destinatum, non presumat istud accipere, sed Abbati, vel Priori, vel Cellario assignetur.

CAPVT I.

Quando Proprietatis peccatum in largitione alicujus rei sine Prælati licentiâ committatur.

Certum est, inquit D. Augustinus, loquens de monachis, relatus in dict. Cap. Non dicatis, eos nihil habere, possidere, dare, vel accipere sine superioris licentiâ debere.

Ex quibus verbis perspicue constat, nullum Religiosum posse rem aliquam extraneis, sine Prælati facultate donare. Consonat S. Augustin. D. Benedictus Cap. 33. suæ Regulæ Præcipue, ait, hoc vitium radicibus amputandum est, ne quis præsumat aliquid dare sine iussione Abbatis. Et ante ipsum docuerat id D. Basilus in quæst. brev. q. 87. dare, inquit, non cuiusvis est, sed eius, qui dispositionem sibi commissam habet.

Ratione verò confirmatur; quia cum monachus nullius rei habeat dominium; omnia enim bona monachorum, jure ipso in Monasterium transeunt, donando ea extraneis aperte facit contra justitiam, cum rem alienam invito Domino distribuat, & committit præterea proprietatis peccatum, rem illam sine Superioris facultate dispensando.

Imo etiam Superioris permisso, hodie Religiosi nonnullas donationes facere à Clemente VIII. fuerunt prohibiti, quæ antea illis erant permittæ, ut habetur in *Constit. edita anno 1592.* quæ incipit, *Religiosa Congregationis*, & c. ubi præcipit ne Religiosi quicumque sint illi, sive viri, sive femina, cuiuslibet Congregationis, Societatis & instituti (non tamen militia) directe vel indirecte, palam vel occulte, tam communi, quam particulari, & proprio nomine, etiam sub quovis statu, vel consuetudine, seu verius corruptela, aut alio prætextu, vel quacunque causa, nisi in Generali Capitulo, aut alia Generali Congregatione, re mature discussa, unanimi consensu omnium, superiorumque permisso, causa probata fuerit, aliquam largitionem & missionem munerum facere valeant.

Et subiungit statim: Id autem ita absolute & generaliter verum intelligatur, ut neque omnino fas sit quicumque donare, tam ex fructibus, redditibus & proventus, collectis vel contributionibus, aut oblationibus, sive elemosynis, sive subsidiis certis, vel incertis, ordinariis, seu extraordinariis mensæ seu mensæ communis, vel cuiusvis fabricæ & sacristiæ, quorum bona communiter, ut præfertur, administrantur, seu qua rationibus reddendus sunt obnoxia; quam ex pecuniis, etiam qua à singulis quovis modo acquisita, in commune conferenda omnino sunt: nec per viam voluntaria contributionis in commune congerantur, nec si forsitan privatim & nominatim cuiuslibet Religioso à suis Superioribus, vel à propriis affinis, propinquis, familiaribus, amicis, aut benevolis, vel à piis Christi-fidelibus, etiam elemosyna, aut charitatis & illius propria persona intuitu attributa, seu quomodolibet per quemlibet Religiosum suo Monasterio, domui aut loco acquisita, ut ad libitum de eis disponat, per superiores concessæ fuerint, præterquam leviore esulentia, aut poculenta, seu ad devotionem, vel Religionem pertinentia munuscula communi tantum, nunquam vero particulari nomine (ubi superiori de consensu Conventus videbitur) tradenda.

Sed & ejusmodi missionem munerum ipsi Religiosi Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

atriuslibet sexus non solum per se, verum etiam per alios, tam directe quam indirecte prohibitas, declaramus: nec aliquis excusare se possit, etiam si munerum miserit cuius personæ laicæ, vel Ecclesiasticæ cuiuscunque status, gradus, dignitatis, ordinis, vel conditionis & quavis non solum mundanæ & ducali, Regiæ & imperiali; verum etiam Ecclesiasticæ & Pontificali, aut alia majori etiam S. R. E. Cardinalatus dignitate fulgenti, etiam proprio loci Ordinario, etiam ex causa & occasione benedictionis, vel susceptionis habitus Regularis, tonsuræ aut professionis Monachialium, tam sibi sabditarum, quam non sabditarum, aut ipsi etiam proprio Ordinis Protectori, Vice-Protectori, Generali vel Provinciali, aut cuiuslibet alteri Superiori, aut etiam cuiuslibet simplici & particulari Religioso; ita ut inter ipsos quoque Religiosos (ne prava ambitione impulsus pro consequendis in sua Religione gradibus & dignitatibus alter alterius benevolentiam aut gratiam aucupetur) quocunque largitio aut donatio munerum (nisi rerum minimarum de licentiâ expressa, & inscriptis Superiorum) sit penitus interdicta.

Insuper prohibemus, ne inquam eisdem Regularibus liceat ullas pecunias quocunque modo erogare, in alicujus etiam Benefactoris, aut Protectoris, vel Ordinaris honorem, etiam occasione transitus vel primæ ingressus, aut ad beneficiorum acceptorum memoriam, gratique animi restitutionem seu pro prædictis personis quavis auctoritate, vel dignitate fungentibus honorifice lautè & opipare excipiendus, seu pro quibusvis convivis eisdem, aut cuius alteri quocunque occasione vel causa exhibendus, vel pro commensationibus, aut comotationibus quibusvis personis, tam ejusdem Ordinis, Congregationis, Monasterii, Domus, aut loci, quam extraneis largiendus, aut pro exhibendis spectaculis, etiam piis intra Ecclesiæ, Monasteria, & domos sacras, seu pias, vel extra eas, in quibusvis publicis aut privatis, sacris, aut profanis locis, etiam ubi Sanctorum & Sanctarum vita, aut res pia gesta, etiam in memoriam Passionis Dominice populis spectanda proponuntur, aut alias in prædictis, sive in quibusvis rebus supervacantis ad pompam & ostentationem, aut ad oblationem vel paucorum lucrum & privata commoda quomodolibet pertinentibus; Nisi respiciat pro divino cultu & veris Christi pauperum indigentis, servato in hoc charit. ordine, & habitâ necessitatis ratione, de consilio & consensu Superior. sublevandis, aut alias in rebus licitis, & per Capitulum Generale, aut Provinc. non prohibitis, vel taxam ibi forsitan præscriptam non excedentibus sumptus hujusmodi fiant.

Declarantes tamen per hac laudabilem, & Apostolicâ doctrinâ, sacrisque Canonibus commendatam hospitalitatem, præsertim erga pauperes & peregrinos nequaquam immemni aut prohiberi.

Quinimò si qui redditus ad id vel ex fundatione, vel ex institutis, statutis, aut consuetudinibus aliquorum Monasteriorum, Ordinum, aut Regularium hujusmodi locorum, aut ex Testatorum, vel donantium voluntatibus sive alias applicati, aut donati sunt, eos omnino, ut decet, integrè in usus pios hospitalitatis hujusmodi erogandos esse, & præsertim in Monasteriis, seu locis desertis, & ab laicorum adibus longius remotis: ubi tamen pauperum & verè egenorum ratio imprimis habeatur.

Si quos verò ditionis occasione transitus, sive alias ex devotionis, aut necessitatis causâ edivertere contigerit, eos sanè decere, respectu communi cum Religiosis, mensâque & ferculis communibus nequaquam à cæteris distinctis, contentos esse. Verum om-

nirò ipsi Regulares hospitibus potentioribus excipien-
du ita se gerant, ut in eis frugalitas & paupertas Re-
ligiosa prorsus eluceat.

Pari etiam ratione districtè etiam prohibemus, ne
quisquam ex prædictis laicus, alias quam, ut superius
dictum est, vel clericus Sacularis vel Regularis quo-
cunque honore, præminentia, nobilitate, aut ex-
cellentia, etiam S. R. E. Cardinalatus dignitate præ-
ditus, etiam Protector, Vice-Protector, loci Ordina-
rius, Prelatus Generalis, Provincialis, aut Monasterij,
domus, vel loci cuiuslibet Superior, eorumve affines,
propinqui, familiares aut Ministris cuiuslibet sexus,
quicumque contra hanc supra expressam prohibiti-
onem recipiant.

Quod si vel ab aliquo particulari Religioso, vel à
Superiore quopiam Generali, Provinciali, aut alio
quocunque officio surgente, aut à Conventu, Capitulo
vel Congregatione, sive ab universo Ordine & Reli-
gione quippiam receperint, id quod acceperint, suum
non faciant; verum ipso facto absque alia monitione
Iudicio decreto, sententia, aut declaratione ad illius
restitutionem in utroque foro teneantur; aded ut re-
stitutio ipsa realiter non facta, neque etiam in foro
consentientia absolvi possint. Hanc autem restitutionem
fieri volumus non privatim à Religioso, qui donavit,
sed à Monasterio, domui vel alteri loco, de cuius bonis
facta est largitio, vel si non de eius bonis donatum est,
in quo idem Religiosus donans professionem emisit.
Vel si nomine totius Capituli, Conventus, aut Congre-
gationis vel universi Ordinis seu Religionis donatio fa-
cta extiterit, pariter communi mensa aut massa, cu-
jus nomine donatum fuerit, accepta munera resti-
tuantur: ita ut nec qui donavit, nec Capitulum,
Congregatio, Ordo aut Religio, cui restitutio facien-
da est, illam remittere & iterum condonare, aut re-
cipientem ab obligatione restituendi eximere, vel ut in
pauperes eroget, concedere quoquo modo possit.

Quod si quis ex prædictis Regularibus utriusli-
bet sexus, cuiusvis gradus, Ordinis, dignitatis, ac
ubilibet locorum existentibus conjunctim cum ceteris,
seu divisim, nostrarum huiusmodi prohibitionum sta-
tutorum, ordinationum, iurisdictionum, decretorum, man-
datorum, transgressor fuerit, statuimus ut omnibus
& singulis per eum obtentis dignitatibus, gradibus,
muneribus, & officiis eo ipso privatus, atque ad illa
& alia similia, vel desimilia in futurum obtinenda,
inhabilis perpetuo, & incapax, ac perpetua infamia
& ignominia notatus existat: & præterea privatio-
nem vocis activa & passiva absque ullo Superioris de-
creto, aut ministerio, ipso facto incurras, nec non ul-
tra huiusmodi penas, etiam tanquam contra furti, &
simonia criminum reum tam per viam denunciatio-
nis, accusationis aut querelæ, quam etiam ex officio
procedi & inquiri, condignisque suppliciis affici de-
beat, penis aliis à jure statutis, ac per alias Constitu-
tiones Apostolicas, aut propria cuiusvis Ordinis, Con-
gregationis, Monast. domus, aut loci statuta vel con-
suetudines contra personas aliquid præmissorum
committentes forsan decretis & institutis nihilominus
in suo robore permanjuris. Hactenus Pontif. Con-
stitutio.

Hac Clementis Papæ Constitutione, ubi fue-
rit recepta, multos necesse est abusus nonnun-
quam in Monasteriis invalescentes tolli; imò &
multa, quæ antea, vel jure communi, vel con-
suetudine ipsa, quæ magna ex parte sanctissi-
mum Paupertatis Votum enervare solebant, me-
ritò sunt abolita; illud tamen advertendum exi-
stimavi hanc Clementis Constitutionem, ut potè
à jure communi exorbitantem strictè fore in-

terpretandam. Sed quia nos hujus Voti naturam
& obligationem indagamus, præmissa hujus
Constitutionis interpretatione ad aliorum du-
biorum examinationem gradum faciemus.

CAPVT II.

Quibus Religiosis, & in quibus casu-
bus permittitur sit donationes
aliquas facere.

Illud imprimis scire oportebit, cum dicimus
Religiosum absque Superioris licentia ex-
pressa vel præsumpta nihil posse donare, esse ac-
cipiendum de Monachis simplicibus, qui in per-
fecta Communitate sub Prælatorum obedientia
morantur; nam de aliis, quales sunt Beneficiarij,
Pensionarij, extra Monasterium ex licentia Sum-
mi Pontificis commorantes, & ejecti à Religi-
one, aliud jus erit statuendum.

Et cum multi multa soleant disputare circa
varia hæc Religiosorum genera, nos breviter
rem omnem 3. aut 4. punctis comprehendemus.

Primò, apud omnes constat huiusmodi Reli-
giosos cuiuscunque status, aut conditionis sint,
non posse donare ad ea, quæ illicita sunt, ut si
quid donent concubinæ, aut in inhonestos alios
usus dispensent, quia cum nihil possit Religiosus
dispensare, nisi ex facultate, vel suorum Superio-
rum, vel summi Pontificis, nunquam potest præ-
sumi, eam extendi ad piophanas & illicitas do-
nationes: Quod si id facere tentaverit, factam
non tenebit; quare accipiens tenetur id restituere
vel Monasterio, vel Ecclesiæ, cujus fuerit ea
bona, ac proinde illa alienatio nulla est ex ipso ju-
re. Ita Molina Tomo 2. de Jus. & jure, disp. 276.
Imò nec debere nec posse Prælatum præbere hu-
iusmodi facultatem Monachis, cum potestas
ipsum non in destructionem ei fuerit concessa,
plenius infra docebimus.

Idem quoque confendum erit de Religioso à
Religione expulso, quamvis Molina, ut supra, non
multum sibi constans in hac parte contrarium
fateatur, nam si Religiosis beneficia Ecclesiastica
obtinentibus, aut iustis de causis extra Monast-
rium commorantibus, non conceditur à Super-
rioribus similis donandi licentia, imò neque po-
testatem habent, ipso Molina testante, eam con-
cedendi, non video à quo possit Religioso ex-
pulso præfata licentia etiam ad illicita concedi,
cum verè sint Religiosi; neque rationi confen-
aneum videtur melioris debere esse conditionis,
ut ampliorem habeant aliis potestatem? Secundo
certum est, ut in sequentibus plenius disceremus,
permittitur esse Religiosis in elemosynas, aut in
alia opera pia monasterij bona largiri. Restat
igitur ut inquiramus de donationibus liberis,
honestis tamen, secundum varia Religiosorum
genera, tam exemptis, quam non exemptis; opor-
tet enim ut speciatim de omnibus differamus.

D V B I V M I.

De Religiosis exemptis.

AN Religiosi qui liberam solent bonorum
habere administrationem, possint donationes
in usus honestos facere, atque donando ex-
fructi-

ius Voti naturam
premissa huius
e ad aliorum da-
nam facimus.

II.
in quibus casu
donationes

cum dicitur
licentia ex
donare, esse
ibus, qui in
perum obedi-
unt Beneficiarij
ex licentia Sum-
jecti à Religio-

disputare circa
nos breviter
prehendemus.

hujusmodi Reli-
gionis sine
citra sunt, ut si
honestos alios
illius Religiosus
orum Superio-
rum potest pro-
e illicitas do-
verit, factum
ar id testimo-
nium fuerit et
est ex ipso ju-
re, disp. 276.
præbere hu-
cum potest
rit concessa,

Religioso à
ut supra, non
contrarium
Ecclesiastica
ra Monaste-
litur à Super-
neque po-
e, eam con-
eligioso et-
ta concedi,
i concessio-
nditionis,
Secundo
differemus,
enas, aut in
ii. Religi-
os liberis,
igiosorum
potest
eramus.

I.

honorum
donatio-
ando ex
fucti.

Quid pos-
sint Reli-
giosi cum
licentia
debita ex-
tra mo-
nasterium
viverent.

Quid Re-
ligiosi be-
nificiary,
& à Reli-
gione ex-
puli.

fructibus beneficii, vel aliorum, quæ sua indu-
stria & labore compararunt suis consanguineis
& amicis, majoris est difficultatis: distinguen-
dam existimo; nam vel sermo est de iis Religio-
sis, qui Monasterio quantum ad dominium &
proprietatem acquirunt; sibi verò quantum ad
commoditatem & liberum honorum usum,
quales sunt, qui extra Monasterium ex licentia
Pontificis, & Superiorum, ad tempus, vel in per-
petuum commorantur; & in hoc casu judican-
dam erit secundum potestatem & facultatem il-
lis à Superioribus permissam: si verò in facultate
sive literis Apostolicis nihil fuerit expressum, vel
aliàs à suis Prelatis non fuerit ipsi denegata, eo
ipso quo à Summo Pontifice concessa est alicui
facultas per totum ipsius vitæ spatium degendi
in sæculo, censetur etiam illi concessa admini-
strandi bona, quæ sua industria & labore acqui-
siverit, de quæ illis disponendi etiam per donationes
suo statui competentes, ut merito notavit Molina
Tom. 1. disp. 104. Dixi (qua sua industria acqui-
siverit) nam si ex annua pensione sibi à Monaste-
rio concessa sustentetur, non præsumitur hujus-
modi licentia, nisi exprimat.

Si verò agamus de Religiosis beneficia Eccle-
siastica, aut pensiones possidentibus, aut etiam
de illis, qui à Religione expulsi, qui non sibi, ne-
que Monasterio, sed vel Ecclesiæ, vel Summo
Pontifici proprietatem bonorum sibi obvenien-
tium acquirunt, tunc absolute fatendum erit
posse hujusmodi Religiosos similes facere do-
nationes. De Religiosis beneficiariis docent id
cum Navarro in Cap. non dicatis, num. 10. ferè
omnes juniores, præcipue Molina de just. & jur.
Tom. 2. Tracl. 2. disp. 276. & Tom. 1. Tracl. 2. disp.
140. Et de Monacho expulso idem Molina di-
cta disput. 276. Et de Pensionario Navarrus Com-
mentario 4. de Regularibus n. 68. Azorius Tom. 1.
Lib. 1. 2. Inst. moral. Cap. 11.

Sed & ratione nostra assertio manifestè prob-
quia tam Religiosus beneficiarius, quàm ejectus
& Pensionarius exempti sunt à obedientia, ut
latius supra probavimus. Quare commoditas
tota, usus & dispositio bonorum, quæ interim
acquirunt, perinde ad ipsos spectat ac sic Reli-
giosus non essent, quia non habent tunc cui in ea
parte pareant, & cuius ductum ac voluntatem
sequi teneantur: Sed potius quoad administra-
tionem, acquisitionem & alienationem eorum
bonorum se habent ac si dominium haberent,
suique juris essent.

Speciatim verò de Religioso beneficiario re-
quæ docuit Navar. d. n. 10. & in Tracl. de reddit.
Eccles. monito 25. perinde posse de fructibus be-
nificii disponere ad honestam sustentationem
suam, & ad pias causas, sive honestos usus, ac sæ-
cularis de fructibus sui beneficii: & addit hanc
sententiam fuisse Cardin. à toto orbe Chri-
stiano usu receptam, & apertè insinuari in Cle-
ment. 2. §. sed & talis, de vita & honestate Cleric.
in qua assignatur differentia inter Regularem
simplicem & beneficiatum, quod hic abique fa-
cultate Superioris possit immediatè fructus be-
nificii in opera pia impendere, ille vero non.

Præterea, quod omnis titulus Canonic. benefi-
cii præbet facultatem disponendi redditus in hon-
estam sui sustentationem & in opera pia; qui
enim est administrator beneficii, est etiam admini-
strator fructuum. Ex quibus inferri Navarr.
quod æqua sit Regulari & Sæculari facultas iuste
Thom. à Jesu Oper. Tom. 1.

disponendi de fructibus beneficii; quare sicut
Sæcularis non potest in alios usus præter bene-
ficio disponere, potest tamen ad congruam sui
sustentationem, & pia opera impendere, ita &
Religiosus. Unde sicut Sæcularis beneficia-
rius potest donationes honestas & suo statui
convenientes facere, & ita Religiosus.

Quid verò intelligamus nomine congruæ su-
stentationis, opus erit, ut aperiamus.

Dico igitur congruæ sustentationis appellatio-
ne comprehendendi non solum ea quæ ad se suamque
familiam alendam sunt necessaria, sed etiam illa
quæ ad moderata convivium, pro sui status qualitate
consanguineis & amicis aliquando exhibenda,
& ad hospites excipiendos, non solum quando
id charitas postulat (quoniam id in et opera pia
merito computatur, & ad hoc verbis sequenti-
bus Conc. Trident. Sess. 25. Cap. 8. de reformat.
hortatur, Admonet S. Synodus quoscumque ecclesi-
astica beneficia, secularia seu regularia obtinentes, ut
hospitum officium à SS. Patribus frequenter com-
mendatum, quantum per eorum præventus licebit,
prompte benigneque exercere assuecant, &c.) sed et-
iam quando sola humanitas urbanitasque eid exi-
git. Operabit tamen ut in ejusmodi convivii
religiosa parsimonia teleceat, ut prudenter ob-
servat Navarrus in Apolog. q. 1. mon. 78.

Appellatione quoque congruæ sustentationis
comprehenduntur non solum donationes remu-
neratorie, ut Navar. sup. mon. 82. num. 9. ob-
servat, sed etiam merè liberales, dummodo mo-
deratæ sint donationes pro loco & tempore, ju-
xta conditionem ac statum donantis, ut in specie
advertit Molina Tomo 1. de justitia, Tracl. 2. disp.
145. Quare poterit Regularis beneficiarius
munuscula aliqua ad eos mittere, à quibus neque
retributionem expectat, neque aliud prius accepit:
nam regulariter loquendo, ut bene ad-
vertit P. Molina ubi supra, ea omnia comprehen-
dit decens, sive congrua sustentatio, quæ secun-
dum honestam & laudabilem consuetudinem in
usu sunt in hominibus suæ conditionis ac status;
quare ei ea omnia sicebunt, quæ Beneficiarii
conditio & status postulant.

Dixi, fas esse beneficiario donationes remun-
eratorias facere, quia fas est remunerare obsequia
gratis impensa; nam licet ad id ex justitia non
reneatur, teneatur tamen si moderatè fiant; nam
licet (ut optimè advertit Navarrus) æquum sit
beneficia in se collata plusquam ad æqualitatem
remunerare, teste D. Thomà 1. 2. q. 106. art. 6.
non tamen immoderatè; nam quod ad æquali-
tatem arbitrio boni viri compensatetur 12. au-
reis, posset jure Beneficiarius regularis compen-
sare 14. aut 15. de redditibus sui beneficii, non
verò 30. quoniam cederet in detrimentum pio-
rum operum, ad quæ de incremento reddituum
sui beneficii ultra suam competentem sustenta-
tionem teneatur.

Idem quoque & à fortiori affirmandum erit
de donationibus merè liberalibus, nam si im-
moderatæ sint pro status conditione, non dū-
bium, quin peccaret læthaliter, si eas faceret, quia
defraudaret opera pia, in quæ debent converti ea
quæ ultra competentem sustentationem ex fru-
ctibus beneficii percipiunt, in quo sensu locutus est
Navarrus in Apol. quest. 1. mon. 78. n. 1. dum negat
donationes ex sola liberalitate & amicitia factas
de redditibus beneficii licitas esse, Beneficiario
adhuc sæculari; intelligendum est enim de im-
modera-

Quid no-
mine con-
grua su-
stentatio-
nis intelli-
gatur.

Quales
donatio-
nes Regu-
lar. bene-
ficiarius
permis-
tuntur.

IESU
Spirit.
II

moderatis, secus autem de moderatis, & suo statui competentibus, ut observat idem Molina supra citatus.

Quales prohibeantur.

Ex quo inferitur donationes factas à Religiosis beneficiariis in usus prophanos, vel ad ditandos consanguineos aut amicos, omnino eis prohiberi, ac proinde mortaliter peccare, ut communis DD. sententia affirmat, & expressè id dicto Concilio Tridentino præcepto prohibetur. Nam *sess. 25. Cap. 1. de reform.* sic dicitur, *omnino eis interdicitur (scilicet Episcopis, sancta synodus) ne ex redditibus Ecclesiarum, consanguineos, familiaresque suos augere studeant, cum & Apostolorum canones prohibeant, ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt, consanguineis donent, sed si pauperes sint, eis ut pauperibus distribuant.* Et infra, *Quæ vero de Episcopis dicta sunt eadem non solum in quibuscunque Ecclesiastica beneficia tam secularia quam regularia obtinentibus pro gradu sua conditionis observari, sed etiam ad S. E. R. Cardinales pertinere decernit.* Hactenus Synodus Tridentina.

D V B I V M II.

De Religiosis non exemptis.

Quid possint Religiosi, qui in monasterio degunt, habentes à Prælato dispositionem aliorum bonorum.

DE Religiosis illis, qui in Conventu vivunt, quibus commoditas & liber usus ac dispositio aliquorum bonorum à Prælato concessa est, ut stipendium carhedæ, aut alterius munitis, quod administrant, vel si cui certa portio Conventus quorannis in suam sustentationem concessa est, ita ut illa contentus, nihil petat amplius, vel cui certi annui redditus, sive de bonis Conventus tanquam bene merito, sive à parentibus aut consanguineis, aut ab aliquo alio ad sumptus suos atque usum, consentiente Monasterio, aut dispensante Summo Pontifice concessi sunt, dummodo servet restrictionem & limitationem in illorum usu & dispositione à Prælato sibi impositam, nempe ut in his rebus, & non in aliis ea insistant, vel ut recurret ad ipsum pro facultate, aut certiore eam faciat, quibus in rebus velit aliquid expendere: de his inquam omnibus, & similibus casibus censendum est Religiosos jure posse de iisdem bonis non solum elemosinas facere, sed & donare ad ea, quæ illicita non sunt, ut docet Molina *Tomo 2. de just. disput. 276. & Tomo 1. disput. 140.*

Fundamentum hujus sententiæ est, quia cum Religioso illa bona pro ejus competenti sustentatione à superiore fuerint concessa, poterit hujusmodi donationes facere, servando limitationes sibi à Prælato suo præscriptas, ex qua præscriptione, sive licentia pendet major, vel minor facultas dispensandi illa bona in usus honestos.

D V B I V M III.

De donationibus factis à Religiosis intra septa monasterii.

Religiosus sine Prælati licentia nihil donare potest, et

Monachum sine Prælati licentia tacita vel expressa non posse aliquid donare etiam Monachis proprii Monasterii est communis DD. sententia: & ratio ipsa confirmat. Ita præter alios, ut eorum defendit Corduba, in *Reg. B. Francis Cap. 6. & Mendoza quodlibet. q. 8. de*

paupertate conclus. 3. qui alios auctores referunt Lud. Lopez 2. parte instructorij C. 156. citans Victoriam. Et constat primo ex Cap. Non dicatis, ubi dicitur: Quod si quilibet fratrum cuiquam aliquid offerre voluerit, primo quidem Priori infirmetur & sic suscipiatur. D. Bonav. in Speculo discipl. Tomo 2. Cap. 4. Proinde fratres nullatenus sine licentia, neque à se invicem neque à fratre rem aliquam accipere, aut dare attentent.

Probatur deinde ratione. Primo, Quia dare aliquid sine licentia est actus proprietatis & dominii, ut ex superioribus constat, Ergo qui sine Prælati facultate aliquid dar, erit dicendus proprietarius.

Secundo, Quia, ut constat ex *S. primo instit. de usu & habitatione*, & supra latius probavimus *1. parte §. tertio de usu*: qui aliquid ad usum habet, non potest talis rei usum in alium transferre, Unde de usufructo in textu dicitur: *Nec ulli alii quod habet aut locare aut vendere, aut gratis concedere potest.* Ergo cum Religiosus solum habet usum & non dominium rei sibi à Prælato concessæ, non poterit usum illius in alium transferre, Quæ ratio majorem habet in Religioso vim, quam in aliis, qui dominii sunt capaces, cum solum habeat usum facti & non juris. Unde optime docuit Soto *4. de justit. q. 1. art. coroll. 8.* Religiosum convivæ comparari. Nam sicut hic cibos, quibus vescitur ad alios mittere, vel transferre non potest, nec secum asportare, sine invitantis propriæque domini licentia, sic ille res quibus utitur ad alios transferre non potest absque Prælati facultate.

Tertio, Quia bonorum Conventus administratio soli Prælati, vel ejus vices gerenti demandata est, ut in Conc. Trident. *Sess. 25. de reform. Regul. Cap. 2.* statutum est. Et in nostra Regula *C. de non habendo proprium*, his verbis. *Et distribuatur unicuique per manum Prioris, vel per fratrem ab eodem ad idem officium deputatum, prout cuique opus fuerit.* Et in aliis Religionum Regulis prout nos in Commentariis nostræ Regulæ *C. de non habendo proprium*, docuimus, Nullus ergo Religiosus poterit earum rerum, quibus utitur, in alios usus transferre: aliàs dispensatoris assumet officium. Ex quo deduco Religiosum ex his, quæ manuum labore acquirit, non posse sine Prælati licentia, notabilem quantitatem in alium transferre, verbi gratia, exceptorios Codices, neque Cruces &c. Quia cum non possit de his rebus (ut supra dictum est) disponere, consequens est nihil posse ex illis, aliis donare.

D V B I V M IV.

De Prælati Monachorum.

NUM vero Prælati Monachorum, donationes facere possint, examinandum restat. Illud quidem univèrsim de Prælati Religiosorum certo statuendum videtur, ipsos posse donationes remuneratorias eo sensu & moderamine, quo de Religiosis beneficiariis locuti sumus, facere. Quare de merè liberalibus, quæsto procedit. Navar. *4. Cap. non dicatis, num. 23.* existimat non posse, idem docet *Consilio 75. de Regul. n. 32.* Cynus & Baldus in *l. 1. Codicis de procur. Panor. in Cap. Cæterum de donationibus, num. 4.* Antoninus *3. parte Tit. 16. Cap. 1. §. 1. Major. in 4. dist. 38. quæst.*

38. *quest. 2.* quorum illud est fundamentum, quia Prælati solum est dispensator bonorum Monasterii, vel inter Religiosos, vel in alios usus, qui in Conventus cedant utilitatem.

Contraria tamen sententia veteri videtur, nempe Superiores Religionum posse juxta facultates Monasterii seu Conventus, spectatisque cæteris circumstantiis concurrentibus atque servatis Constitutionibus, aut suorum Superiorum ordinationibus, circa quantitatem, modum aut dependentiam à majori parte Capituli, vel à suffragio aliquorum ad id deputatorum, non solum donationes remuneratorias, sed & alias, quas bonum Conventus decenque recte administratio eorum bonorum postulare ac permittere judicabit. Docet hanc sententiam Molina, *Tom. 2. Tract. 2. disput. 276.* & de moderatis donationibus id ipsum docuerunt Ludo. Lopez. in *instruitorio Cap. 55. & 56.* & juniores alii. Cujus sententia ea potest à priori assignari ratio, quia quilibet Regularis, ut eruditè advertit Navarrus, *d. C. non dicatis, num. 11.* factus Abbas vel Prior, est beneficiarius; nam Abbacia, Prioratus Conventualis, & præfecturæ aliæ, sunt propriè beneficia Ecclesiastica; quare jure communi habent illam facultatem generalem disponendi de fructibus bonorum beneficii, nisi aliud restringatur; igitur sicut alii beneficiarii permillum est, hujusmodi donationes facere, permillum erit quoque idem Prælati regularibus, nisi alias peculiaribus suorum ordinum statutis prohibeatur, aut ardeat eorum facultas, ut communiter fieri solet in omnibus Ordinibus vel Constitutionibus expressis, vel praxi, consuetudine à viris probis recepta. Hujusmodi tamen donationes à Prælati fieri possunt vel ad remunerandum alicujus obsequium, aut ad retinendos in amicitia & benevolentia de suis Cœnobii bene meritos, aut ad aliorum animos conciliandos, ad tuendum, augendum, conservandumve commune bonum ipsius Monasterii, aut totius Ordinis, vel in alios usus honestos & bonos, inspectis circumstantiis superius adductis.

Inter Prælatos vero non est æqualis facultas in dispensandis bonis Monasterii; nam penes Provinciales major residet potestas, quam penes Priorem vel Guardianum, & penes Generalem plenior & uberior, quam penes Provincialem; habent enim hi authoritatem quasi Episcopalem. Quare sicuti Episcopi, ratione status & uberiorum fructuum majores possunt donationes facere, quam alii beneficiarii; ita Provinciales vel Generales proportionaliter majorem habent facultatem aliis Prælati inferioribus, ut observat Navarrus *Lib. 3. de restitu. Cap. 1. numero 183.* & cum eo multi ex junioribus.

Sed quaerit aliquis, an Prælati habens facultatem in aliquo Ordine donandi usque ad quantitatem v. g. 10 aureorum, possit plures donationes facere, quæ simul sumptæ quantitatem sibi, vel à consuetudine, vel à Constitutionibus taxatam excedant? Resp. affirmativè, dummodo similes donationes in fraudem Conventus non fiant; quod tunc contingeret, quando Prælati videns se notabilem quantitatem unicâ donatione elargiri non posse, plures mediocres donationes faceret, ut sic notabilem quantitatem, quam una vice elargiri nequiverat, pluribus vicibus donaret, de quo infra latius dicemus.

De Vicario vero Conventus, cuius absentia Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

Prælati commissæ est cura & regimen Monasterii, si aliunde limitatam non habet jurisdictionem idem ferendum est judicium, quod de Prælati ordinario, si hoc unum excipias, quod non potest immobilia Conventus bona alienare, ut habetur in *Cap. Cum nobis, de electione.* & C. is cui procuratio, *ead. tit. in 6.* Ex quibus aperte colligitur eisdem efficacitæ & valoris esse id quod facit is, cui Ecclesiæ administratio commissæ est, cum eo quod à proprio & ordinario administratore fit, exceptâ bonorum immobilium administratione. Ita docuit Navarrus *Consil. 75. de Regular. num. 62.* & colligitur ex Sylvestro, *verbo, vicarius, num. 6.* Sed in hoc attendendæ sunt propriæ cujuscumque Ordinis Constitutiones. Poterit tamen Prior Vicarii à se constituti potestatem delegatam in aliquibus restringere & coarctare.

D V B I U M V.

De Procuratore & aliis Conventus officialibus.

Inferiores ministri seu officiales, quorum quilibet secundum suum gradum & statum Monasterii bona administrat, quales sunt Procuratores, Cellarii, seu Oeconomi & alii similes, nullas possunt ex raneis donationes facere, neque liberas, neque remuneratorias sine expressa, aut saltem manifestè præsumpta Prælati licentia. Primo hæc assertio, si loquamur de Procuratore, expressè est D. Thomæ 2. 2. q. 32. art. 8. ad 1. ubi etiam prohibet elemosynas à Procuratore faciendas sine Prælati consensu; Monachus (inquit) si habet dispensationem à Prælati commissam, potest elemosynas facere de rebus Monasterii, secundum quod sibi est commissum. Si vero non habet dispensationem, quia nihil proprium habet, tunc non potest elemosynam facere sine licentia Abbatis, vel expressè habita, vel probabiliter præsumpta. Quæ verba valde notanda sunt. Tenet etiam glossa in *Clement. 2. §. sed & talis, de vita & honest. cleric.* Antonin. 3. parte 11. 16. Cap. 1. §. 1. ubi Procuratorem etiam commissum munus, sine Prælati licentia dispensare, affirmat, & consentiunt Sylvester, *verbo, Religio, 6. num. 7.* & Fran. Sarm. 1. parte suis *defensorij num. 11.* Ratio est clara; quia quotiescunque Regularis dispensat aliquid notabile sine licentia sui Superioris, est proprietarius; quare Procurator eam non habens, peccabit, non aliter ac quicumque alius particularis Religiosus. Unde sequitur, sine peccato mortali nihil notabile posse Procuratorem dispensare sine Prælati licentia tacita vel expressa, etiam si in bonum Conventus cedat talis dispensatio, ut si sibi vel alii Religioso librum emat, tunicam, vel femoralia. Ita assertuit Mendoza, & ex ratione supra adducta, colligitur. Ex hac conclusione efficitur, Procuratoris administrationem (idem esto judicium de aliis officialibus) non posse plus extendi, quam Prælati voluntas permittit. Propterea diligenti cura ab illo Prælati voluntas pensanda est, & ultra eam nihil dispensandum.

Ex quibus colligit Mendoza *quodlibeto de paupertate conclus. 1. quæst. 8.* quam cauè ac diligenter Procuratores debeant sui muneris executioni & honorum Monasterii administrationi intendere, Nam quoties citra expressam Prælati licentiam,

Superiores Religionum possunt donationes facere, juxta facultates monasterii nonnullis observatis conditionibus.

Quibus Prælati quoad has donationes competat major, aut minor potestas.

Incidentis dubij solutio.

uniores referunt... 1. §. 6. citato... Cap. Non dicatis... fratrum cuiquam... Priorem in... in Speculo discipl... res nullatenus fore... à fratre rem ali...

Quo dicit... optieratus & do... Ergo qui sine... it dicendus pro... \$ primo inju... probavimus... ad usum habet... transferre. Un... Nec ulli alii qu... aut gratis con... solum habet... à Prælati con... um transferre... Religioso vim... paces, cum lo... is. Unde opi... oroll. 8. Reli... licet hic c... re, vel tran... nare, sine inv... ille res qu... potest abique

entus admini... menti deman... f. de reform... ra Regula C... et dispensator... trem ab ex... ut cuique op... is prout nos... C. de non ha... go Religio... ur, in viis... ff. de offi... ex his, que... sine Prælati... lium trans... ces, neque... e his rebou... sequens est

IV.

III.

donatio... restat. Il... giosorum... donatio... erant, s... omus, s... o: ocedit... existimat... qu. n. 37... panotio... Anoni... 4. diffin... 8. quæst.

IESU

Spirit. II

Procuratores alii que officiales monast. nihil possunt absque consensu Prælati donare &c.



*Doctrina
observan-
da.*

tiam, aut rationabiliter præsumptam, notabilem aliquem sumptum faciunt de bonis Conventus, proprietariorum vitium incurrunr, & quamvis ad meliorem mentem non redeunt, ut firmiter stant, à talibus sumptibus deinceps abstinere, sunt in statu peccati mortalis, ac proinde nec absolviendi à Confessariis.

Ex quo rursum fit non modò in profanos usus, sed nec in alios licitos, ut tunicam, chlamydem, calceos, aut quavis alia utensilia & suppellectilem emendò, aut sibi, aut aliis fratribus, bona monasterii, sine Prælati facultate, absque proprietatis vitio expendere non posse.

Dico secundo. Cæteros Conventus officiales nullo modo commissam sibi facultatem excedere posse, bona monasterii dispensando, vel in extraneos, aut in ipsorum familie Religiosos, & contrarium facientes, peccabunt mortaliter contra votum paupertatis, si res dispensata notabilis fuerit quantitatis. Ita censent supradicti Authores, & ratione præcedenti conclusione facta convincitur. Et ulterius sumi potest ex Regul. S. Benedicti Cap. 31. ubi de Cellario, vel œconomolovens, ita dicit: *Sine iustione Abbatis nihil faciat. Et infra. Neque avaritia studeat, neque prodigus sit & extirpator substantie Monasterij, sed omnia mensuratè faciat.* & secundum iustionem Abbatis sui. Idem sumi potest ex Basilio in *questionibus compendio explicatis quest. 144.* ubi de Monasterii officialibus, & de cura ab illis in bonorum administratione exhibenda loquens: *Qui abusus (inquit) velut sacrilegus iudicetur.*

Et adungi potest Bonavent. *In spec. discipl. 1. parte part. 1. Cap. 4.* ubi ad quid officialium facultas extendatur, optimè declarat. Et inter alia docet, omnia, quæ ab illis dantur, danda esse velut nomine Prælati: *ut dei quidem (ait) non secundum propriam voluntatem, sed prout sibi à Superiori fuerit constitutum.* De quo latius dicitur infra. Ex his colligitur 1. Sacristam, œconomum, vel cellarium, janitorem ac Refectorii curam habentem notabile aliquid contra voluntatem Prælati dispensantes Votum Paupertatis frangere.

Colligitur 2. quam necessarium sit, ut Conventus officiales iustè & sanctè ministerium suum adimpleant omni privatos esse, vel amotis vel odii affectu, aliàs enim sapientius infideles inveniuntur contra Paupertatis Votum dispensatores. De quo legendus est D. Basilus, qui hoc eleganter docuit in *quest. fusus explicatis, quest. 34.* his verbis. *Multam misericordie, & longanimitatis erga omnes providentiam faciant, ut neque suspitionem præbeant alicui assidionis, favoris, aut invitationis erga quosdam.* Et infra. *Itaque à favoris affectu, itemque contentione, tum propter relata, tum ob alia multa ad summum purus esse eos, qui fraternitatis rem ad usus necessarios distribuunt.*

*Incidentis
dubii so-
lutio.*

Sed quæres, poterint officialis Conventus, aut etiam simplex Religiosus donare externis absque Superioris consensu parvula quedam munuscula, præsertim ad cibum & potum pertinentia, vel alia, quæ ad pietatis & religionis studium pertinent, cuiusmodi sunt sacra reliquia, imagines Sæctorum, cereæ item agni imagunculae aut calculi, Pontificum autoritate factati? Resp. in his rebus, si expressè non fuerint à Superioribus prohibita, iure præsumi tacitum cõsensum, maxime si imagines istæ non fuerint pretiosæ, vel bysso aurove ornatae. Hactenus quæ diximus de donationibus, quæ ab univetsis Re-

*Legend. de
hu P. Le-
zana, qui
Tom. 2.
qq. Re-
gul. verb.
donare*

ligiosis pro suorum statum discrimine fieri possunt, procedunt attentò jure communi, nam in Religiosis provinciis, ubi Bulla Clementis Papæ VIII. usum recepta est, servanda erit forma & modus in ea præscriptus.

D V B I V M VI.

An possint Religiosi donationes ad causas pias & in elemosynas facere.

Superiores Monasteriorum, tam ex superfluis Monasterii, quàm de necessariis, hoc est, non superfluis, sed competentibus ad statum Conventus posse ac debere facere elemosynas, cum D. Thom. in 4. dist. 15. quest. 2. art. 5. *quest. ad titum* communis sententia docet, & latius profertur Medina in *Tractatu de elemosynis*. C. de quibus bonis elemosyna sit faciendâ. Abbates. Et quamvis in vita possint elemosynas facere, non tamen in morte possunt etiam in pias causas aliquid legare, sine licentia Summi Pontificis, ut infra plenius de Monachorum testamentis agentes edocebimus.

Quis vero modus servandus sit in distribuendis Monasterii elemosynis, pulchre docet Basil. magnus interrog. 100. in *Reg. brev.* dicens: *Eos, qui aliunde ad nos accedunt, ac mendicantes aliquid petunt, quomodo dimittemus, & nunquid arduis ista suis quisque panem, aut aliud quidvis illi debet tribuere? an vero unicuique munus hoc conveniat delegari? Resp. cum Dominus affirmans dixerit apud Mattheum: non esse bonum sumere panem solum & mittere canibus; & tamen illud etiam approbaverit, nam & canes edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum, cui dispensandi munus est assignatum, si illud diligenti habita animæ avertione exequi debet, qui verò præter illius sententiam aliquid facit, ut tanquam evasor disciplina aserit oburgandus est, idque eo usque quod tuus suum locum distat, cum Apostolus dixerit: Unusquisque in quo vocatus est, fratres, in eo permaneat apud Deum.*

Idem etiam ius erit Religiosis aliis exemptis, de quibus supra mentionem fecimus. Nam si his liberum est donare in usus honestos, & quocunque alios licitos, à fortiori in elemosynas & causas pias. Quod ad cæteros Religiosos attinet, opus erit cum distinctione respondere, nam vel degunt in Monasterio absque peculio, aut administratione aliqua sibi à Superioribus commissâ, & tunc sine licentia Superioris expressa vel probabiliter præsumpta non possunt elemosynas facere, ut inter alios docuit S. Thom. 2. 2. *quest. 32. art. 8. ad 1.* sumpto argumento à contrario sensu. Antoninus 3. part. tit. 16. Cap. 1. §. 11. *notabili 4.* ubi inquit: *Religiosus de concessis bonis ad usum, nihil potest donare etiam elemosynaliter: nec de eo, quod acquirit per industriam aliquam, nec de bonis paternis, quando sibi committerentur ad usum, etiam si fieret Procurator, quia omnia sunt Monasterij, ut dicitur 12. quest. 1. C. non dicatis; nisi super hoc habeat licentiam agendi, & tunc bene minor, aliat dissipatio erit.* Consentit Sylv. verbo. Religio §. n. 7. *vers. secundum.* qui Archidiaconum citat, & idem repetit, verbo, elemosyna. *quest. 5. & Navarrus. C. non dicatis n. 8.* & hæc est communis & indubitata apud omnes sententia, Quam Doctrinam omnes

*Quid de
aliis Reli-
giosis, qui
extra mo-
nasterium
degnant.*

*Quando
culpa le-
thalis cõ-
mittatur
in rece-
ptione re-
rum,*

omnes extendunt etiam ad Procuratores Conventuum, ut expresse docuerunt D. Thom. Antoninus & alii, præcipue Navarrus d. c. non dicitis, n. 8. & 9. Ex licentia tamen Prælati probabiliter præsumpta licet possunt Religiosi omnes, elemosynas secundum statum paupertatis, & usum siue consuetudinem illius Ordinis pauperibus elargiri; ut observavit P. Molina de justit. & jure, Tract. 2. dist. 276. Sed satis erit si probabiliter præsumatur, ut in specie docuit D. Thomas 2. 2. q. 32. art. 8. ad 1. & 2. Si vero licentia tacita non præsumatur, nullas possunt facere elemosynas.

Quando verò merito possit præsumi licentia tacita, quæ necessario debet præcedere, ut jure Monachus possit elemosynas facere, attendenda sunt Religionum consuetudines, tacitæque Prælatorum voluntates, ita ut elemosynæ non ultra extendantur, nisi quantum intellexerint illorum esse voluntatem.

De illis verò Monachis, qui extra Monasterium de licentia Superiorum peregrinantur, aut in scholis commorantur, conventunt omnes, posse illos facere elemosynas, quas honesti scholastici, aut peregrini facere consueverunt; hæc enim præsumpta videtur superioris voluntas, qui eis necessaria ad peregrinationem, aut in scholis habitationem suppeditat. Ita in et alios Navarrus. C. non dicitis. n. 8. Porò si Prælati alicui in scholis aut alibi degenti, singulis annis certam pecuniam summam ad suam sustentationem tribueret, tunc quantum de sua sustentatione sibi vellet subtrahere, in elemosynam largiri posset, aut in alias donationes honestas, aut aliter decenter infundere.

CAPVT III.

Quando proprietatis peccatum in receptione alicujus rei sine Prælati licentia committatur.

Dico primo, quotiescunque Religiosus notabilem recipit quantitatem, animo illam retinendi, & occultandi Prælati, peccat mortaliter, quamvis alias habeat voluntatem resignandi, si ab illo petita fuerit. Probatur 1. hæc Conclusio ex dicto C. non dicitis, in illis verbis: *Certum est eos nihil habere, dare, vel accipere sine Superioris licentia debere.* quod magis explicans infra subiungit: *Quod si propinquus, vel amicus, vel quilibet fratrum cupiam aliquid offerre voluerit, primo quidem Priori insinuetur, & sic suscipiatur, si ipse mandaverit, de quo tamen nihil fiat aliud, nisi quod Priori placuerit.*

In quibus verbis non solum prohibet Augustinus aliquid ab extraneis accipere, sine Superioris licentiâ, sed etiam ab ipsime Fratribus, nisi præmissio Prioris consensu. Idem statuitur in C. Cum ad Monasterium, ibi: *Quod si quidquam alicui fuerit specialiter destinatum, non presumas illud accipere, sed Abbati, vel Priori assignetur.*

Deinde in Concilio Tridentino Sessio 25. Cap. 2. de reformatione Regularium: idem præcipitur his verbis: *Nemini Regularium liceat bona mobilia, vel immobilia, cuiuscunque qualitatis fuerint, tanquam propria, aut etiam nomine Conventus possidere, sed ea statim superiori tradantur, Conventuique incorporentur.*

In quibus verbis animadvertione dignum est, Concilium non solum præcipere, quod Religiosi nihil occultè retineant tanquam proprium, sed etiam neque nomine Conventus, & quod decretum hoc, præcepta contineat, non solum colligitur ex verbis præceptivis, quibus in re gravi utitur, sed etiam ex gravi poena, quam transgressoribus imponit, Concil. etiam Mediolanen. part. 3. Constitutionum C. de Monialibus, idem docet: *Bona, (inqui) qua singulis mittuntur, ad Præfectam offerantur; neque ulla possit illa accipere, aut ad usum habere, nisi sciente, aut consentiente Præfectâ.*

Eadem conclusio probatur ex S. Patribus, in primis Augustinus in prima Regul. clericis tradita de itinerantibus tractans, sic habet:

Si quis autem causa necessitatis detinet id quod à monasterio secum portavit; necesse habet, ubi præpositus suus est, illud proferre; quia non poterit sibi detinere, quod per pactum ad omnes pertinet, & DEO usque consecratum est. & in Regul. 3. Si quis filius suis aliquam contulerit vestem, vel quodlibet aliud, non occultè accipiat, sed sit in potestate Præpositi, ut in rem communem redactum cui necessarium fuerit præbeatur. Quod si aliquis rem sibi collatam celaverit, foris iudicio condemnatur.

Idem habet Basilus in Constitutionibus Monachorum Cap. 35. quatenus dicit: *Proprietatis vitium est privatam pecuniam habere, & clanculum infuso Superiore aliquid decoliri. & in q. brevior. q. 87. dicit. Dare aut accipere non est cuiuslibet, sed ejus cui delatum est manus dispensandi. Quod etiam repetit q. 91. & colligitur ex quæst. 42. Subscribit Hieronymus in Regul. monach. Cap. 3. *Hæc perpetuo in vestro monasterio observatio maneat, quod nulla omnino augere, aut aliquatenus retinere audeat sine licentia, scilicet Præfectæ per horam consensu, aut obolum, aut aliquid quantumcumque minimum, quodque à matre vel sorore mittatur.**

Eandem doctrinam habet Benedictus in 1. a Regul. Cap. 33. dicens: *Ne quis presumat aliquid dare vel accipere, sine iussione Abbatis, & Capit. 54. Nullatenus liceat monacho, neque à parentibus suis, neque à quoquam hominum qualibet manuscula accipere, sine præcepto Abbatis.* Legendus est etiam Capite 55.

Confirmatque id Bernardus, de modo bene vivendi ad sororem, serm. 48. de non habendo proprio ubi in fine sermonis sic habet: *Quicquid habes, habito cum licentia, habito cum benedictione; sine licentia Abbatis, vel Prioris nihil habeas, sine benedictione nihil recipias.* Idem quoque docet Bonaventura in speculo disciplina 1. parte particula 1. Cap. 4. Tom. 2. Opus. ubi inter multa hanc singularem habet sententiam: *Statutum Religiosa mancipationis evadit, qui in usu proprio rem aliquam, siue à parentibus, siue quibusdam aliis recipit, Aut quod majoris est culpa accepta occultans Superiorum iudicio non exponit; Nulla enim res quam superior non dederit, aut permisit est licita proprium abdicanti.*

Sed responderi potest sanctos Patres & Concilium solum prohibuisse occultam receptionem factam animo non dandi, etiam si petatur, non verò illam, quæ fit cum animo dandi acceptam rem Prælati. Hæc tamen interpretatio primo excludenda est, quia in ea gravia, & expressa testimonia SS. PP. ac factor. Conciliorum, sine fundamento explicantur ad libitum.

Quam observanda circa verba Concil. Trid.

IN IESU
SPIRITU
H

crimine fletip...
Pape III. ubi re...
a & modus in ca...
VI.
onations ad
mosynas
am ex superior...
nis, hoc est, non...
ad statum Co...
mosynas, cur...
t. f. quæstionat...
& laicius pecc...
mosynis. C. de...
nda 8. Abbatis...
mosynas facere...
in piis causis...
Pontificis, ut...
amentis age...
in distribu...
docet Basil...
dicens: Eos, qui...
nisi aliquis pe...
ad arbitratu su...
debet tribuere...
delegari: ...
is apud Ma...
m filiorum &...
approbaverit...
dians de mens...
monachus est ag...
diversione ext...
notiam aliquod...
ter oborga...
locum distat...
in quo vocam...
exemptis, qui...
Nam libis dicit...
& quocumque...
mosynas &...
Religiosos an...
ondere, nam...
ulio, aut...
ortibus pec...
expressa vel...
elemosy...
nom. 2. 2.
entro à co...
Cap. 1. §. 11.
sibus bonis ad...
aliter: nec...
m, nec de...
r ad usum...
Monaste...
nisi super...
atur, aliat...
gio 6. n. 7.
& idem...
Navarrus...
& indu...
ctrinam...
omata

*Refuta-
tur ad-
duca SS.
pp. &
Cōcilior.
interpre-
tatio.*

Secund. Quia Patrum menti clarè adversatur. Ratio enim propter quam tantà diligentia in Concil. cautum est, ne Religiosus aliquid sine licentia accipiat, est, quia quidquid Religiosus accipit, debet esse monasterio incorporatum, & Prælati administrationi subjacere; Sed si Religiosus aliquid occultè retinet, etiam si habeat voluntatem dandi, hoc ipso res illa non est monasterio incorporata, nec Prælati administrationi subjacet: ergo, Et Confiti, quia si aliquis rem aliquam occultè accipiat, à proprio domino, etiam si habeat voluntatem restituendi, si perita fuerit, furti peccatum committit, ergo similiter qui occultè aliquid accipit sine Prælati licentia tacita vel expressa, proprietatis arguendus erit.

Tert. Rejicienda est hæc solutio, quia apertis verbis SS. Patrum repugnat, in Conc. enim Trid. dicitur: *Statim superiori tradantur, & in Cap. Cum ad monast. statim resign. id est, Abbati. In Concil. Mediol. Nihil accipiat nisi sciente, & consentiente præfata. August. in Cap. non dicatis. Non præsumat recipere nisi ipse mandaverit, scilicet Prælati. Hieronym. Neque tangere, neque retinere per horam audeat. Benedic. Non præsumat aliquid accipere sine iussione Abbatis.*

Et tandem, quia si nullum versatur discrimen inter hæc, aliquid occultè accipere cum animo resignandi, & aliquid accipere de licentia Prælati, habereque eundem animum, quorsum tanto- pere Patres defaigantur monachis præcipiendo, ut in consilio Prælati nihil accipiant? cum sufficeret dicere, monereque eos, ut semper sint parati ea, quæ habent in manus Prælatorum requisiti resignare, & tamen utrumque commendant; signum igitur est illud esse maxime necessarium.

*Scholasti-
cor. circa
hæc sensus
aperitur.*

4. Eandem Concl. acceperunt à Patribus Scholastici, & juniores alii. Hugo in Reg. Aug. Cap. 8. *in omni enim vita nihil licet occultè recipere, vel recipi, nihil proprium retineri, sed si quid alicui datur, tradendum est præposito, ut cui necessarium fuerit præbeat.* Idem Gerson. Alphab. 23. l. 1. M. Alvar. Pelagius apud Serenam. Concl. 4. & 1. D. Bernardinus O. d. B. Franc. Generalis, quem & refert, & sequitur Corduba super Reg. S. Franc. Cap. 6. q. 9. inter proprietatis actus numerat rem aliquam accipere sine licentia, & rem quamcunque Prælati celare. D. Antonin. 3. parte tit. 16. Cap. 1. §. 1. 1. nos. 2. Sylvest. verb. religio 6. num. 7. *Quidquid, aut, celatur Abbati proprium dicitur. Ar- mill. verb. Religio n. 26. Navarr. in dict. C. non dicatis, n. 13. Corduba in Reg. B. Franc. Cap. 6. q. 7. accipientem aliquid in scio Prælati mortaliter peccare, aut, nec sufficere eum id scire nisi, saltem tacitè, assensum præbere præsumatur. Navarr. de restitut. l. 3. Cap. 1. n. 170. & sequitur Mendoza q. 8. quodlibetica concl. 5. Idemque canonistæ confirman: Abbas Cap. Cum ad monast. n. 8. Joannes Andreas, & Archidiaconus apud D. Antonin. ut supra.*

5. Quia paupertatis votum huc usque eo modo, illoque sensu, in Concl. posito in Ecclesia intellectum est à Patribus, atque adeo qui sine Prælati licentia aliquid occultè retinet, etiam si voluntatem habeat reddendi, si peritum fuerit, contra votum facit paupertatis. Quod autem fuerit hic Ecclesiæ sensus, collig. 1. ex citatis Patrum testimonio. 2. ex gravi pœna, qua proprietarios Prælati aliquid celantes puniebant non inquirentes, an animum resignandi habebant.

Et confirmat, quia secundum sensum Canon. Patrum & Scholasti. duo requiruntur ut quis à proprietatis vitio liberetur. Primum est, ut id quod habet cum licentia Prælati habeat. 2. ut habeat animum paratum ad reddendum si petatur, ita ut quolibet ex his deficiente, proprietatis vitium committatur, ergo præter promptitudinem animi necessaria est Prælati licentia.

2. Ratio pro conclus. si, quia quidquid accipit monachus, monasterio acquirit, ut communis sentit opinio, cum Innoc. in Cap. Cum olim, 2. de privileg. & clarius docetur in Cap. in presentia, de probat. 89. & c. unico 18. q. 1. Ergo quicquid à monacho fuerit acquisitum, Prælati dispositioni & administrationi subjacet, ergo nullo modo potest illius rei fieri administrator sibi applicando quod suum non est, & ad omnes pertinet sine Prælati licentia.

3. Ratio quia aut id quod accipit Religiosus, accipit cum licentia saltem tacita, & de hoc non agimus in presenti, aut accipit contra voluntatem tacitam, vel expressam Prælati, & in hoc casu supradicta convincunt illum mortaliter peccare; aut tandem accipit dubitans, an Prælati consentiret vel non, & in hoc casu peccat etiam mortaliter, tum quia in dubiis melior est conditio possidentis, Prælati autem jus possidet, ut nihil monasterii sine sua licentia accipiat, tum etiam, quia ut Theologi omnes fatentur, qui agit contra conscientiam dubiam, peccat mortaliter.

Ex hujus Cōclusionis doctrina colligitur primo, quod si Religiosus rem aliquam accipiat solum eo fine, ut occultè eam retineat, etiam si habeat voluntatem non utendi aliquo modo illa, & eam tradendi quando perita fuerit, peccat mortaliter, si materia sit gravis. Ita sentisse Victoriam refert Ludov. Lopez in *stru. C. 156.* probaturque ex dictis, quia hoc ipso quod aliquid à dispositione Prælati occultè subtrahitur, jus ejus læditur, ac per consequens peccatum proprietatis committitur: ergo quamvis habeat Religiosus expressam voluntatem non utendi illa, mortaliter peccat, eo ipso quo illam celat.

Et confirmat. ex modo loquendi Concil. & sanctorum PP. Tridentinum enim statim dicit rem Prælati reddendam. INNOCENT. III. in Cap. *Cum ad monasterium*, ad verbum illud in continenti. Hieron. neque per horam permittit occultari, ut supra vidimus. Bonavent. in Cap. 4. speculi disciplinæ prope finem. *Sunt, inquit, qui oblat a non sibi, sed Prælati mox deferenda recipere licitam astumans, sed regulari privato receptionem occultam non dixerim esse sutam.* In quibus verbis idem videtur sentire.

Advertenda tamen sunt duo. Primum est, si ex occultatione acceptæ rei nullum, vel parvum monasterio emergit dominum, non peccat Religiosus, si per breve tantum spatium illam vellet occultare, Concil. enim & Innocent. verba mortaliter intelligenda sunt, ac per consequens statim reddere dicitur, qui per breve tantum tempus illam vult detinere. Advertendum secundò, quod si Religiosus aliquid recipiat non sibi, nec monasterio datum, sed alteri deferendum, ut si elemosynam pauperi dandum ab alio accipiat, non peccat mortaliter, quantumvis illam occultet.

Præterea, ex eadem conclusione inferitur, non solum non posse Religiosum ab extraneis aliquid accipere sine Prælati licentia, sed neque etiam ab ejusdem Religionis Fratribus, sine proprietatis

tatis peccato. Ita expresse habetur in *C. non dicitur*. D. quoque Benedicti. in *Cap. 54. sive Reg. Nullatenus*, inquit, *si eat monachus, neque a quocumq; hominum, neque a se invicem litteras, aut eulogia, vel qualibet manuscula accipere; aut dare sine Prælati licentia*. Ratio constat ex dictis, quia hoc ipso quod in proprium usum rem aliquam assumo jure Prælati utor administrans rem illam, quod est contra paupertatis votum, sive res illa ab extraneo, sive à Fratre accipiatur, hoc enim per accidens est. Præterea quia quamvis omnia communia sint, administrationi tamen Prælati subduntur: ergo qui rem sibi applicat, quamvis illam à Fratre accipiat, jus Prælati lædit. Et hac ratione probant hujus corollarii doctrinam Hugo super *Cap. 6. Regul. S. Franc. & Cordub. ibid. q. 6.* & confirmatur, quia, ut antea diximus, Religiosus non potest aliquid sine Prælati licentia dare, ergo neque recipere. Unde in nostra Religione tanta id observatione custoditur, ut minimam rem sine licentia dare, vel accipere, culpa sit.

Tertiò, deducitur non solum non posse Religiosum à quocumque alio vel extraneo, vel domestico rem aliquam notabilem accipere, verum etiam neque ex his, quæ proprio labore & industria monasterio acquirit, posse sibi sine proprietatis macula notabilem quantitatem assumere, sine Prælati licentia tacita, vel expressa, ut *infra* latius dicemus. Id tamen quod volui inferre Navar. ex eadem Concl. dicto *C. non dicitur*, n. 13. & latius defendit in *Confil. 75. de regularib.* esse mortale peccatum litteras sine Prælati licentia tacite recipere, non video qua ratione possit constare, nam licet D. August. in *Regul. D. Benedicti*. in *Reg. Cap. 54.* & Patres alii, ut Cassianus *L. 4. de instit. Cap. 16.* & S. Bonavent. ut *supra* scribò litterarum receptionem, sine Prælati licentia prohibuisse videantur, non ideo tamen judicandum erit lethalis culpæ rei, hujus rei transgressor, nam neque contra paupertatis votum, cum nulla sit sibi materia hujus votis, neque contra obedientiam graviter peccat, cum Reg. Augustini & Benedicti non obligent sub mortali.

Ultimò inferitur Religiosum à Prælato absentem posse, quicquid voluerit, recipere, cum intentione tamen manifestandi Prælato, cum ad ejus presentiam pervenerit. In hoc enim casu jus Prælati non lædit: imo potius monasterii commodo consulit.

Secundò in hac re dicendum existimo, non solum peccare mortaliter eum, qui aliquid ab alio sine Prælati licentia recipit, sed etiam qui ex rebus monasterii aliquid sine ipsius facultate tacita vel expressa appropriat. Ita censent omnes communiter, & ex Patribus clarius expressit Bernard. dict. *serm. 48.* Dicens: *Qui postquam ad conversationem monasterii venit, de rebus monasterii aliquam facere fraudem praesumit, Judas est, & penam Judæ sustinebit in inferno, & post pauca: Qui sicut Judas Iscarioth proprium ravinent, vel de rebus monasterii aliquid abscondunt, convenit illud: Ascendunt usque ad celum, & descendunt usque ad abyssos. Et an è Bernard. Cassianus, qui præcipue *Lib. 7. Cap. 14.* res monasterii sibi appropriantes etiam Judæ comparaverat. Idem expresse sentiunt D. Bonavent. in *speculo discipuli*. D. Antonin. 3. *parte Tit. 16. Cap. 1. §. 11.* & non video inter auctores, qui ab hac veritate dissentiant.*

Probatur primò, quia quamvis res monasterii

omnibus sint communes, dominium tamen illarum ad nullum pertinet, sed ad totam communitatem, & dispositio ad Prælatum, ut dicitur in *C. nullam 18. q. 1.* ergo qui aliquid accipit sine ejus voluntate, committit actum proprietatis, cum disponat de re, ac si esset proprius.

Pro cujus rationis majori intelligentia advertit optimè Navar. *C. non dicitur. n. 8.* posse rem aliquam dupliciter dici multis communem. Primò ut singulis, ita scilicet ut singuli habeant dominium in partem illius, quomodo hæredi patris est multis filiis communis, & in hoc casu potest unusquisque ex parte quæ sibi contingit aliquid sine alterius voluntate accipere. Secundo modo ut universis. Quod tunc contingit quando nullus illorum divisivè, vel distributivè sumptus habet dominium in illam, sed omnes copulative sumpti, id est, tota Communitas. Et in tali casu nullus propria auctoritate potest sibi aliquid appropriare sine licentia ejus, qui à Communitate, ut dispensator constitutus est. Res ergo monasterii quamvis sint communes, sunt tamen communes hoc 2. modo, ut per se manifestum est, cum nullus ex communitate ratione voti dominium possit habere: Ac per consequens qui sine proprii dispensatoris licentia aliquid sibi assumit, proprietatis constituitur.

Secundò, probatur Conclusio ratione, qua utitur Navar. in hoc proposito *leg. 3. de restit. Cap. 1. num. 199. dubitatione 3.* Quia aut Religiosus accipit aliquid à Communitate tanquam dominium illius habens, aut tanquam rem alienam. Si primo modo, exercet actum dominii sibi prohibitum, si secundo, rem alienam contrectat, invito domino; utroque ergo modo proprietarius est.

Sed pro hujus & præcedentis Conclusionis majori explicatione & intelligentia, duo restant examinanda. Primum est, an ut Religiosus securè aliquid possideat, sufficiat Prælatum vidisse, vel comperum habuisse, illum sibi aliquid sumptisse, & tacuisse, quamvis ipse sine licentia ipsius acceperit?

Respondent optimè Navar. dict. *C. non dicitur. n. 22.* Mendoza, ubi *supra* Conclusionem 7. Corduba, ubi *supra* *quæst. 6. conditione 3.* & *quæstione 7. punct. 3.* Quod si Prælati silentium solum fuit permissivum non excusat Religiosum à peccato mortali; multa enim mala permittunt Prælati ad majora incommoda vitanda. Si tamen silentium esset probativum facti, jam reputaretur tacita licentia, atque adeo hæc Religiosum securum redderet. Quando vero silentium approbationi æquivalcat, judicandum erit ex circumstantiis rei acceptæ, & personarum, Prælati tacentis & subditi accipientis, ut *infra de licentia tacita* agentes elucidabimus plenius.

Secundum dubium est, utrum qui accipit aliquid sine Prælati licentia, rem tamen acceptam manifestam habet, ita ut à Prælato videri possit, vel sæpè videatur, habeatque animum reddendi, si petatur, mortaliter peccet? Ratio dubitandi pro parte negativa est, quia in tali casu habet Religiosus promptum animum ad reddendam superiotri rem illam, si petat: insuper res illa est incorporata monasterio, & Prælati subjacet administrationi: ergo cum his circumstantiis sine licentia accipiens mortaliter non peccat.

Confirmatur, quia si Prælati videat rem acceptam, & taceat, consentire videtur.

Hujus

Potest res aliqua dupliciter esse communis.

Duplex dubium proponitur & resolvitur.

Silentium sive consensus permissivus & approbativus declaratur.

IN IESU
Spiritus II

An litteras dare, aut recipere sit contra votum paupertatis.

Qualiter peccent, qui ex rebus monasterii sibi aliquid appropriant.

...um est, si parvum ... Reli ... vellet ... a mora ... statim ... pusil ... d, quod ... ec mo ... si elec ... ar, non ... ulter ... ur, non ... is ali ... que er ... opte ... tatis

*Doctrina
in pensè
adverten-
da.*

Hujus dubii ea sit resolutio. Quod si præsumatur tunc tacita Prælati licentia fieri id posse, cessante verò hac præsumptione minimè: licentia verò tacita præsumi non debet, eo ipso quod Prælati rem acceptam usuique proprio applicatam videat, taceatque; nam sæpe ad majora scandala vitanda Prælati tacent inviti. Quare non sufficit rem acceptam Prælati administrationi subjacere, sed ulterius requiritur, ut ipse rem illam Religioso applicaverit, ut patet ex Patribus, juribusque citatis: nam & duo hæc ad Prælatum spectare videntur. Alterum est applicare Religiosorum usibus monasterii bona: Alterum post hujusmodi applicationem, ea in aliorum usus, si opus fuerit, transferre. Quare non sufficit Prælati silentium, quod vocant permissivum, sed necessariò etiam requiritur approbativum, quod licentiæ tacitæ locum habet.

C A P V T IV.

De peccato proprietatis, quod contingit in retentione occulta bonorum monasterii.

*Quando
res mona-
sterii oc-
cultando
graviter
quis de-
linquat.*

Alius est proprietatis actus, occultare bona monasterii, etiam si illa ex Superiorum facultate alicui concessa fuerint: cum aliud sit aliquid inficere Prælati accipere, & occultè sive manifestè illud retinere. Aliud verò cum licentia nostris usibus applicatum occultare, hoc est quod quaerimus in præfenti.

In quare, ut certum status Religiosum aliquid occulto retinentem, ne sibi à Prælati auferatur, etiam si id præmissa Prælati tacita licentia accepit, graviter peccare, si tamen alio fine occulte, non erit mortale. Ita Bernard. Ser. 48. ad sororem de modo vivendi: Ergo si ancilla DEI (inqui) habet aliquid peculiare vel absconditum, quod à ceteris ancillis DEI ignoratur, furtum est: peccatum: forte est. quare quia omnia habet in communi cum ceteris ancillis DEI, & quasi proprium sibi aliud abscondit, hoc furtum est. Hac manifesta frater est. Hoc grande peccatum est. hoc est iter inferni. Et infra; ancilla DEI, qua semetipsam separat, aliquid quasi proprium abscondendo, consequens est, ut separatur à consortio civilis vita. Et in fine sermonis concludit: Tu Soror venerabilis, nihil celestis, nihil abscondas. nihil apud te absconditum reponas in abscondito, nihil retineas apud te, nihil remaneat absconditum. Hæc Bernardus.

Ponderanda etiam sunt Hieronymi verba in Regul. Monacharum Cap. 3. Hæc perpetuò in vestro monasterio observatio maneat, quod nulla omnino tangere, aut aliquatenus retinere audeat per horam censum, aut obolam, aut aliquid quantumcumque minimum. Ita censent omnes Canonistæ communiter in Cap. Cum ad Monasterium, de stat. mon. Et colligitur ex eodem Cap. & ex Capit. Monachi, eodem titulo & Cap. quanto de offic. Ordinar. Et amplectuntur Turrescremata, Panormitan. I. And. Archidiaconus, Sylvester, Gerson, Corduba, quos refert & sequitur Mendoza in quodlibet q. 8. concl. 4. quod expressè docuit Antoninus 3. parte, titulo 16. Cap. 1. §. 1. Qui omnes uno consensu faciunt Religiosum aliquid Prælati occultantem, ne sibi auferatur, proprietarium esse, etiam si illud antea cum ejus facultate

obtinuerit. Quare in Carthusianorum Constitutionibus, teste Navarro, cons. 71. de Regular. excommunicantur, qui occultandi animo, ultra valorem trium solidorum, quando non est quantitas unius argentei Hispani (teste ipso Navarro) retinuerit, donaverit &c.

Probatur primo, quia ut infra dicemus, qui non habet animum promptum, ad reddendam, id quod habet, peccat mortaliter. Ille autem qui Prælati occultat, ne res, quam usui habet, ab illo iterum auferatur, non est paratus, ut reddat: ergo Minor (præterquam quod ex se manifesta est, quia intentio occultandi Prælati, contraria est intentioni & promptitudini ad reddendum quod petit, illamque excludit) probatur. Quia in jure idem est nolle aliquid facere, & fraude ut ut id non fiat, unde testis qui fraude utitur, nead testimonium ferendum, quando tenetur, docetur, eodem modo peccat ac ille qui expressè testificari non vult. Quare qui fraude & occultatione utitur ne reddat Prælati id quod petit, eodem modo peccat ac ille qui expressè reddere non vult.

Secundo probatur conclusio, quia ut ex Conciliis, citatisque Canonibus colligitur, intentio illorum est, ut quicquid est in Monasterio, aliis rebus sit incorporatum, & Prælati subiacet administrationi: ille autem qui aliquid Prælati occultat, id ab ejus administratione sejungit, & à corpore Communivari separatur. Sed advertendum est hanc Conclusionem, ut supra dixi intelligendam esse, quando subditus occultat aliquid Prælati, ea intentione ne ab illo auferatur. Unde qui sine fraude aliqua aliquid occultat, dummodo illud tempore visitationis manifestet, mortaliter non peccat.

Ex hac doctrina sequitur primo, quod si Religiosus aliquid ab uno Prælati accepit: ut usui habet, si alius succedat Prælati, vel ipse Conventum mutet, tenetur illam non occultare sequenti Prælati, etiam si à primo licentiam obtinuit, ut occultè illam retineret. Hoc probatur prædictis rationibus; & in particulari affirmat Grassus prima parte suarum decisionum lib. tertio, Cap. 1. numer. 3. qui citat Antonium & Sylvestrum.

Hinc etiã patet, quare clavium usus semper fuerit à Patribus condemnatus. Quia scilicet ex illo sequitur sæpe Religiosos contra Pauperum votum multa Prælati occultare. Quod autem clavium usum Patres derelicti sint, testis est Hieronymus in Regula Monacharum Cap. 4. de Pauperum rate; ubi inquit: Sic sic Apostolica farina proficit, peras & sacculos, neque marsupia ex latere pendeant, neque opus sit clavibus, ut jam ex ipsis monstratur exteriorum indicio, quod nihil habeatur intrinsecum præter JESUM; quod nihil est clausum ejus, quod est deductum usibus omnium.

Dionysius etiam Carthusianus de reformatione Claustralium art. 14. & Hugo Victorinus, ut refert Gerson Alphabet. 22. littera R. clavium usum omnino prohibet; & Cassianus lib. 4. Cap. 15. tempora sua deplorat, eo quod inter Religiosos hic fuerit abusus propter avaritiam introductus. Clavium enim usus possessionis & domini indicium est. Unde jure civili statuitur possessionem alicujus domus accipienti, claves tradendas esse. Et Isate 22. in quo unius Pontificis depositio, & alterius assumptio describitur, per usum clavium potestas data designatur. Et in testamento novo claves Petri collatae, jurisdictionem

nem ejus, & dominium significant, ut communiter censent PP. inter quos videndum est Chryostomus, homilia 55. in Mattheum, & Gregor. Lib. 4. Epist. 52. Quamvis igitur potiori iure erunt damnandi, qui non solum intra Monasteria, libros aut aliam suppellectilem recludunt, sed etiam ne sibi per suos Praelatos auferantur, apud familiares, vel consanguineos deponunt?

Inferitur secundo Religiosum cum licentia aliquid habentem (puta habitum aut tunicam) si postea sibi non sit necessarium, teneri ad illud reddendum Praelato, vel in communi officina ponendum, ut Praelati administrationi subjaceat. Ita in Concilio Mediolanensi. Epist. 3. Constitutio. C. de Monialibus, statutum esse invenitur; praecipit enim, ut quicquid necessarium non fuerit, ad communes officinas reducat. Unde addit: Nulla sane apud se habeat, praeter eas quae ad quotidianum usum sunt necessariae. Hieronymus in Regula citata, capite secundo. Nihil proprium in Monasterio licet habere, certe non tunicam, nisi ex necessitate portatur, non caligam, neque aliud minimum quidquam. & Cap. tertio. Obtestor vos omnes & singulas coram DEO, ut aurum & argentum atque cito transiens pecunia nulla, cor vestrum seducat, ut nitatur, aliqua vestrum cum Anania & Sapphira mentiri Spiritui sancto, retinendo apud se aliud quantumcumque minimum temporale ultra ea, quae ex necessitate portantur, nec tamen hoc nisi de licentia Abbatis.

Augustinus etiam in Regula, & Benedictus, Cap. 55. idem, quod Concilium Mediolanense, praecipit, ut scilicet vestes non necessarias ad communia loca deferantur. Benedicti verba haec sunt: Accipientes nova vestimenta, vetera semper reddant in praesenti, reponenda in vestiario, id est, in loco communi. Et infra addit: Nam quod superfluum est, amputari debet; & quodcumque vetustum reddant, dum accipiunt nova. Et Divus Basilias in Regula brevior, interrogatio sexagesima nona praecipit, quod cellarius sine Oeconomo, quoties vestimentum novum Monachis praebet, vetus ab ipsis accipiat.

Quibus Regulis quamvis respectu aliorum Religiosorum, qui sub illis non militant, praecipit non contineatur, tamen in quantum vim voti paupertatis explicant, asserentes contra illud esse, aliquid non necessarium retinere, tenentur se omnes conformare. Idem etiam colligitur ex Antonino qui in 4. parte summa, titulo 14. Cap. 10. §. 5. refert Religiosum quendam post mortem alteri sibi amico apparuisse, illique crura igne concremata ostendisse, rationemque illius poenae reddidisse, quia veteres caligas sibi servaverat & in communi custodia non posuerat. Unde in nostra Religione magna cum distinctione cavetur, ut quicquid Religiosis necessarium non fuerit, communi tradant custodiae. Idemque in aliis reformatis Religionibus observari solet. Et in speciali de Carthusiensi refert Navarrus, consil. 75. de Regular. numer. 47. Et ratio hujus doctrinae est, quia quando Praelatus concedit aliquis rei licentiam, solum concedit illam pro tempore, quo fuerit necessaria. Unde & necessitate & usu cessante a Praelato data extinguitur facultas. Imo vero si Praelatus rem non necessariam conciperet, Religiosus non esset in conscientia tutus, ut in 4. parte dicitur.

Ex dictis ultimo colligitur, Religioso qui aliquid cum licentia habet, non sufficere Praelati concessionem, sed ultra hoc necessariam esse animi promptitudinem ad reddendum, hoc est, voluntatem & intentionem ad reddendum, quod habet, quotiescumque petium fuerit, ut a peccato excusetur.

Ita censent omnes citati Auctores, & addit Pet. Navarra de restitut. lib. 3. Cap. 1. num. 172. & Corduba in Regal. B. Francisci, Cap. 6. quest. 6. & 7. in fin. quod qui de Praelato conqueritur, vel murmurat, vel aliis modis nititur, ne sibi id quod habet, per Praelatum auferatur, non esse tutum in conscientia: tunc enim Praelatus non concedit talem rem, sed tantummodo ad majora incommoda vitanda, vel propter subditi proterviam, vel certe ad proprium damnam vitandum, illud permittit.

CAPVT V.

An Monachus possit sine proprietatis vitio disponere de re aliqua, independenter a Praelati voluntate.

Ita est annexum paupertatis voto, nihil sine Praelati facultate dispensare, ut merito dubitari possit, sine aliquis casus possibilis, in quo Religiosus aliquid recipiat, donec, aut apud se retineat sine Praelati consensu. In qua re videtur certum sine licentia Praelati posse Religiosum commendare suis familiaribus, aut amicis, ut pecunias aliquas deponant, vel quodlibet aliud pretio aestimabile apud aliquas personas, ut ab eis eas exigere possit, cum eis opus habuerit, dummodo Religiosus ejus sit intentionis, ut non lit illius pecuniae, vel rei dominium, neque usum sibi abique Praelati licentia applicare: sed tantum intendat illam habere commoditatem, ut obveniat facultate ex illo deposito sibi elemosynam pro suis necessitatibus accipiat. Hoc dictum in simili casu expresse decernitur in C. exiit §. ceterum, versic. ita tamen, de verb. signif. tenetque illud D. Bonavent. in sua Regula Cap. 4. prope finem, & in quaestionibus supra regulam quest. 25. & Corduba in Regal. B. Franc. quest. 8. & 9. Et ratione constat, quia in praedicto casu nullum dominium, neque jus Religiosus acquirit. Quare sine proprietatis vitio id fieri potest: Imo addit D. Bonavent. praedicto Cap. 4. id verum esse etiam si, qui illam pecuniam deponit, intendat se statim privare dominio talis pecuniae, & transferre illud in Religiosum, quia quamdiu ille non acceptat dominium, non potest dici Dominus, neque possessionem, neque jus circa talem pecuniam habere. Et sic manet dominium penes danrem, potestque de illa pecunia disponere, ac si nolisset a se dominium illius abdicare.

Idem fieri potest, si Religiosus, absque Praelati licentia nuntium aliquem mittat, petens ab amico aliquam pecuniam illi nuntio dari, dummodo intentione supradicta id faciat, nempe non acceptandi, neque utendi ea sine Praelati licentia, potest enim tunc pecunia apud nuntium remanere quousque a Religioso obtenta a Praelato licentia petatur.

Notandum tamen est non licere in praedicto casu, sine licentia Praelati praecipere nuntio, aut

egverint, in communes officinas reponat. Itemque animadvertenda doctrina.

Vid. nos. Antonij Directorium Regal. part. 2. Tract. 3. disp. 4. sect. 2.

Ref. ad usum concessas reponendas in communi officina esse a Religiosis, quando illi non amplius egverint, praecipit plures SS. PP. Regula.

Quod 1. part. 66. titur. Cap. 3. num. 7. bin verbis praecipitur: Praeterea simul acceretur usu non

noncum Confli. 7. 1. de Regular. di animo, ultra quando non est (resse ipso Na. dicemus, qui ad reddendum. Ille autem qui osui habet, ablat. us reddat: Ex se manifeste lato, contraria ad reddendum obarv. Quia in & fraude ut ut leuitur, nead teneret, dicitur expresse teli- & oculacione peritur, eodem redde non quia ut ex Con- gitor, intentio nasterio, alit i subyacent ad- id Praelato oc- lejanget, & d- ed adverte- prà dixi incul- calat aliqd feratur. Unde tar, dummo- fletet, motu- quod si Reli- am usi ha- ple Conven- iare sequenti obinuerit, ut tur praedictis Grallis pri- Cap. 5. na- Sylvestrum. semper sic (Cui ilicet ex illo up- peratis Vo- re- it autem clo- Pen- s est Hicco Regi- . de Pauper tene- sine propiit d- re pendant, mstrator ex- inriuscam jus, quod est reformati- mus, ut riam usum . Cap. 15. Religiosos cod. clus. nini indi- fessionem ndos esse. Repositio, er usum in resti- didicbo- nem

IN IESU Spirit. II

aut depositario ut talem pecuniam hoc vel illo modo expendant, vel jam expensæ rationes exigere, vel talis pecuniæ clavem apud se retinere, ne sine suo consensu distrahantur: quia hoc verè pertinet ad administrationem & usum, ut colligitur ex *Clement. Exivi, de verb. signif.* Aliqui vero existimant Religiosos tunc posse precari depositarium vel nuntium, etiam sine Prælati consensu, ut in hos vel in illos usus pecuniæ expendat. Mihi tamen hæc sententia nunquam placuit. Nam depositarius vel habet illam pecuniam specialibus usibus tantum illius Religiosi à vero Domino destinatam, & tunc nec precibus nec mandato, poterit eam in alios convertere, vel à vero domino sine ulla limitatione concessa est, ut pro voluntate Religiosi eam administraret vel distrahat, & tunc nec mandato, nec precibus Religiosus potest de ea sine Prælati consensu disponere. Nam preces in eo casu mandato æquivalent, & sic Religiosus esset proprietarius, cum de re pretio æstimabili sine consensu Prælati disponeret.

Obiectio. Dices: si quis à vero Domino precando illud postularer, non esset proprietarius, ergo cum verus Dominus pecuniam deposuerit, ut eam tenens applicet illis usibus, quos Religiosus efflagitaverit, si id à depositario postulatur,

Solutio. non erit proprietatis peccatum. Respond. quod cum dominus illam pecuniam deposuit, habuit animum, ut pecunia pro Religiosi voluntate dispensaretur, & sic voluntas Religiosi est vera causa illius distractionis, etiam si precibus id petat. Quare id petere non potest sine Prælati assensu. Quid enim interest, an precibus vel mandato, quis disponat de re, si disponit, ut principalis causa, & preces tantum sunt nomine tenus. Cum vero eam retinet verus dominus, Religiosus solum est quoddam instrumentum morale, suis precibus dominum movens, ut eam hoc vel illo modo largiatur.

Secund. Non videtur peccatum proprietatis, propria manu attingere pecuniam, aut quippiam aliud, animo non acquirendi dominium, neque possessionem, neque aliud jus, sed solum intentione deferendi illam ad suum Superiorem, aut petendi licentiam illà utendi: sicut non esset materia proprietatis, nummos aliorum ad Prælatum deferre. Neque in hoc est, cur immoremur, cum id ipsum Fratribus Minoribus prohibitum sit. Eisdem erit in illis Religionibus, in quibus præceptum est prohibens talem acceptionem.

Quod si quis vellet servare apud se pecuniam illam, aut rem pretio æstimabilem sine licentia Superioris, etiam si servetur cum animo non utendi illà sine facultate superioris, neque habendi aliquod dominium aut possessionem, sed tantum expectandi aliquam occasionem, vel necessitatis propriæ, vel alterius opportunitatis, ut eam à Prælato sibi obtineat, verè non excusaretur à peccato proprietatis. Ita sentit *Victoria* apud *Lud. Lopez in instructorio C. 156.* cuius sententiam ipse etiam amplectitur, & ea ratio assignari potest, quia Religiosus nihil inconsulto Prælato apud se retinere potest, sed statim & in continentem omnia superiori tradi debent, ut in *Cap. Cum ad monasterium, de stat. mon. & Cap. 2. sessionis 25. Concilii Trid. Probatur, & à nobis Sup. in C. de vitando vitio proprietatis, in retentione honor. monast.* dictum est. Quibus accedit,

quod servare aliquid est actus administrationis alicujus rei, & cum administratio spectet ad proprietatem, non potest usurpari sine Prælatorum licentia.

Ex prædictis efficitur non fore materiam proprietatis, si Religiosi sæculares rogarent ut dent eleemosynas parentibus aut consanguineis Religioforum, nec similiter ipsos Religiosos prædictas eleemosynas accipere, consanguineisque deferre, dummodo habeant animum non acquirendi dominium, neque jus aliquod (nam tunc dominium manet apud eandem quoad usque parentes & consanguinei recipiant) & dummodo dominus pecuniæ decreverit quid faciendum sit de illis, quibus dandæ sint & quantæ.

Nam si indeterminatè sine eo quod designet personas, aut quantitatem, Dominus pecuniæ eleemosynam à Religio elargiendam præberit, tunc dubitatione non caret, an monachus sine licentia Superioris possit determinatis personis illam erogare. Viris doctissimis hujus temporis id sine Superioris consensu fieri non posse videtur, quia electio personarum, & quantitatis elargiendæ distributio & taxatio ad administrationem pertinent, & sic requiritur Prælati assensus; quæ sententia mihi probabilior videtur.

3. Certum est, quod Religiosus potest accipere sine proprietatis vitio ea quæ licet magnæ æstimationis sint, non tamen sunt aliquo pretio æstimabilia, ut ossa, aliaque reliquias Sanctorum.

Nec etiam est contra pauperatatem, si licentia honores appetere, aut illos procurare, præsertim Ecclesiasticos, quia illis non renuncietur per votum pauperatis, nec sunt pecunia æstimabiles, ut manifestè colligitur ex *D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 7. ad 4.* Unde bene colligit *Cajetanus* posse Religiosum cupere, & obtinere honorem doctoralem, & alios qui in præmium virtutis ac eruditionis conferri solent, verbis gratia, presbyteralem &c. Et post ipsos optime docuit *Navarr. Comm. 2. de Regular. c. 1. num. 2.*

4. Potest Regularis sine proprietatis nota cupere & habere beneficia Ecclesiastica sine licentia, ut *ibidem* *Navarrus* docuit, quia ut ipse ait, non sunt bona pecuniaria, & sic Religiosi beneficiati habent dominium & possessionem beneficiorum suorum; imo & eis competere potest jus eligendi, etiam absque Prælati consensu, ut præfatus author scripsit *de reddit. q. 1. mon. 9. n. 3.*

Quæ sententia quoad beneficia ecclesiastica limitanda est, quantum est ex parte jurisdictionis aut tituli ecclesiastici præcisè. Nam sine dubio habere dominium reddituum, aut fructuum prædictorum beneficiorum est contra votum pauperatis.

Hæc dicta sunt de illis rebus, quæ sine Prælati licentia à Monachis haberi aut procurari possunt. Nunc examinare oportebit, an præmissa licentia Prælati possit aliquis casus excogitari, in quo Religiosus utatur aliq̄ue re, sic, ut Prælatum eam ipsi auferre nequeat. In quo illud communi aliquorum Religioforum præxi receptum est, ut ab extraneis libros, vel aliam suppellectilem, non dari, sed accommodari sibi petant, ea conditione, ne alius his utatur rebus. Quæ cautè à sibi multarum rerum usus assumunt, atque hoc modo

modo Prælatorum ligare manus videntur, ne à se, contra voluntatem domini, res sibi concessas auferant, aliorumque usibus applicent.

Hic rerum usus seu potius abusus, (licet in rigore contra paupertatem esse non videatur) longè tamen arceri debet à Religionibus reformatis, ubi omnia in communi omnibus administrantur, secundum uniuscuiusque indigentiam. Abusus enim ille vitæ communi derogat, in quantum non pro necessitate, sed pro libito, rerum usus indulgetur, & maximam præbet ansam pecuniis: imo ipsis deerior est, nam pecunia pro nutu Prælatorum auferri, & in alios usus converti possunt, in illo vero casu, neque Prælati (ut aliqui volunt) potestatem habent, rem illam commodatam, in aliquo usum Monasterii invito domino convertendi. Et demum incentivum est proprietatis, cum his rebus subditi assuescant appropriare sibi bona alia, nolentes ad alios usus transferri. Quare id in bene ordinatis Religionibus permitti nullatenus debet; quod si permitti contingat, eâ conditione fieri debet, ut res mutuata, sicut & alia Monasterii, indifferens sit, omniumque usibus exposita, secundum quod Prælato placuerit. Alias Prælati id concedentes sciant se magnam paupertati maculam inurere, eamque omnino relaxare.

CAPVT VI.

Proprietatis vitium esse, permutare, mutuare, accommodare, aut alio modo contrahere sine Prælati consensu.

Religioso absque Prælati consensu nihil licet permutare.

IN hac re dicendum est primò: Nullum Religiosum ex monasterii bonis, vel ex his, quæ ipse ad usum habet, notabilem posse cum alio quantitatem permutare sine Prælati nutu tacito vel expresso.

Ita docuit Joannes XXII. in Extravag. Ad condicorem de verb. signif. Quis enim (ait) simplicem usuarium dicere poterit, cui rem usuarium liceat permutare, vendere, aut donare? Procul dubio hac natura repugnare dignoscuntur. Et affirmat glossa, verbo (pertinere) multa ad hoc propositum adducens, & sequitur Alvarus Pelagius apud Ser. consci. q. 81. in fi. S. Bonaventura in speculo discipl. particula 1. Cap. 4. Nec potest (inquit) in rebus suo usus deputatis, ut sunt libri, vestes, lecti, & alia huiusmodi pro alio immutare. Corduba super Reg. B. Francisci Cap. 6. quæst. 4. puncto 1. ubi dicit quatuor sul Ordinis Ministros hanc sententiam docuisse, Tenet etiam Serena conscientia in Regul. B. Francisci eodem Cap. 6. 9. 78. & Abbas Smaragdus sup. Cap. 33. Regul. S. Benedicti, cujus hæc sunt verba: Ex his colligitur, quod neque ab exterioribus propinquis, neque ab interioribus fratribus, licet aliquid accipere, vel cum alio aliquo commutare: Et ratio, qua Glossa & Corduba locis citatis in huius doctrina probationem utuntur, hæc est; quia permutare est actus domini: permutare enim nihil aliud est, quam dominium unius rei in aliam transferre personam, & ideo est Religioso perhibita atque adeo secundum textum in L. 1. §. Item. à Jesu Oper. Tom. 1.

ultimo, ff. de rerum permut. permutatio illa irrita erit. Quia, ut ibidem dicitur, permutatio alienæ rei ipso jure est nulla. Unde Lud. Lopez in instruct. Cap. 156. sententiâ assentit. Religiosum posse aliquid cum alio permutare, vel falsa est, vel ipse de permutatione exigentis quantitatis loquitur, aut de ea permutatione, quæ cum licentiâ tacita fit, quod ipse satis expressè indicat.

Dico 2. Non solum actus permutandi est actus domini, sed etiam actus mutuandi, ac per consequens Religioso illicitus.

Pro huius conclusionis pleniori probatione ex communi DD. Sententiâ præmittit duplex esse mutuum; aliud, generaliter nomine retento, mutuum vocatur, quod nihil est aliud quam ex meo tuum facere, quod tunc contingit, quando cum re mutuata illius dominium in alium transfertur, quod in mutatione rerum usu consumptibilem necessariò contingit. Aliud vocatur commodatum, quando scilicet dominium rei in alium non transfertur, sed tantum usus, ac per consequens res eadem à commodatario vero domino reddenda est; de utraque ergo mutatione conclusio intelligenda est, quam sequitur Corduba, loco cit. q. 4. Serena conf. q. 75. & Smaragdus ut sup. d. eos. Non enim oportet Monachum ex his, qua pro necessitate temporis præsentis ab Abbate suscepit, dare vel commodare quicquam, nisi in Abbate illi fuerit ordinatum. Unde apud Car. hufen. 2. parte stat. antiquor. Cap. 31. non solum mutuarii actus prohibetur, sed etiam excommunicationis pœna contrarium facientibus adiungitur, & in nova collectione (excommunicatione semorâ) idem scriptum reperitur. Cap. 19. n. 6. & huiusmodi statutorum apud PP. Societatis JESU dicitur vigere, in quibus Religionibus prædicti actus prohibentur veluti actus proprietatis, ut in ipsarum Constitutionibus declaratur.

Ratio à priori est, quia aut Religiosus mutuum dat, aut commodatum, & utrumque est contra paupertatis votum, & de mutuo quidem id manifestum est; quia cum in mutuo dominium transferatur, & Religiosus nullum possit domini actum exercere, sequitur non posse aliquid mutuo dare. Et confirmatur, quia ut constat ex lege, nemo plus, de regul. juris. Nemo potest jus quod non habet, in alium transferre. Quare cum Religiosus nullum domini jus in realiqua habeat, nequit illud in alium transferre.

De commodato verò id ipsum probatur, quia aut res communes Monasterii commodat, & hoc prohibendum est, nemo enim commodatè potest quod suum non est; aut verò commodat id quod sibi ad usum deputatum est, & hoc etiam est illicitum: Usuarium enim usum quem habet, alteri applicare non potest, ut constat ex §. 1. insit. de usu & habit. & ex aliis læpius repetitis; hoc tamen intelligendum est ex vi voti paupertatis, aliter verò judicandum erit ex vi licentiæ præsumptæ secundum varias Ordinum consuetudines, & secundum rerum qualitates, quæ commodantur.

Ratio secunda, quia Religiosus (ut infra dicetur) nullum potest civilem contractum celebrare: mutuum autem vel commodatum est contractus civilis, ut constat ex toto tit. ff. de reb. creditis & ff. commodati.

Neque mutare, aut accommodare.

Duplex dare mutuum.

JESU Spirit. II

Est tamen circa hanc conclusionem aduertendum, 1. non solum esse intelligendam respectu secularium, sed etiam respectu Religioforum, si Prælati expresse mutationem prohibeat. Rationes enim adductæ, respectu utrorumque procedunt. Dixi (si Prælati expresse prohibeat) hac enim prohibitione temora inter eisdem Conventus Fratres non dubium, quin tacita licentia sit præsumenda, ut sibi invicem ea, quæ necessaria sunt, mutuo dent: imo potius contra charitatem faceret qui fratri indigenti, Codicem exceptorium, vel quid simile non mutaret. Ita D. Bonavent. in *specul. discipl. 1. part. Cap. 4. In commodandis* (inquit) *pro cohabitantiis indigentia rebus non est lex posita charitati.* Corduba loco citato q. 5. ubi Hugonem & Barthol. de Pisa citat pro hac sententia, imo *quæst. 9.* ex mente D. Bernardini inter proprietarios loco quinto enumerat illum, qui librum, vel aliam rem omnium usus deputatam Fratibus non vult commodare, dummodo ipse illa non indigeat. Et idem affirmat Albanus Pelagius apud Ieren. *consil. quæst. 81.*

Ultimò, illud pro comperio statuendum erit, nullum civilem contractum, in quo Religiosus aliquam debeat civilem actionem exercere, posse ab illo sine Prælati licentia celebrari. Ita Innocentius Papa communiter receptus in *6. cum olim, 2. de privil. Navarr. C. non dicatur. num. 30. & sequentibus, & consil. 5. de pactis, num. 4.* Ratio est, quia omnes ii actus sunt actus dominii, cujus Religiosus est incapax, & non solum dominii, sed etiam cuiuscunque actionis civilis, ut in prima hujus Tractatus parte probavimus. Quare proprietatem incurrit, si absque Prælati licentia contrahat, cum velit exercere actum juris, cui renunciavit; quapropter talis contractus nullam aut Monacho aut Monasterio infert obligationem civilem, ut omnes Canonistæ fatentur sumptu argumento à seruo, vel à filio-familias, sine Domini aut Patris consensu contrahentis. Idque æquè militat in Religiosis simplicibus, ac in Procuratoribus, vel administrationem habentibus, si ultra concessam sibi facultatem contractum celebrarent, ut cum Innocentio Panorm. & aliis tenuit Navarrus, ut *sup. & Molin. Tomo primo de iustis. Tract. 2. disp. 140.* qui ibidem iure asserit esse peccatum mortale, quando Religiosi absque facultate prædictâ tacitâ, vel expressâ, contrahunt cum Sæcularibus, ignorantibus se monasterio obligati, non verò monasterium ipsis, nisi ex bona fide id facerent.

Dubii
incidentis

Solutio.

Sed dubitari potest utrum, cum sine Prælati facultate monachus contrahit, licet non civiliter saltem naturaliter obligetur, ita ut in conscientia teneatur facere, quod in se est, ut contractum adimpleat.

Dico in eo casu Religiosum ne quidem naturaliter obligari. Ita Hostien. in *summa.* Panorm. & Felinus. *C. ex rescripto, de iure iurando.* Nam licet servus obligetur naturaliter in eo casu, Religiosus tamen, cum non habeat velle, neque nolle, nullo modo obligatur, & maximè, cum in conscientia peccet contractum celebrando, & sit proprietarius, non video cur in conscientia debeat etiam naturaliter obligari; licet mihi non displiceat id quod Navarrus asserit *Comm. 2. de Regul. n. 42. in fine,* teneri Religiosum huiusmodi corum actus adimplere in quantum potest, saltem

dum à Prælati non impeditur, quia sicut vota DEO sine consensu Prælati præstita obligant, donec Prælati ea irritè, ita promissa hominibus valere & obligare debent, donec eis Prælati contradicant.

Demum sicut nec ex contractu monachi, ita nec ex eius delicto, etiamsi ille Prælati sit, obligatur monasterium, nisi quatenus in eius utilitatem & commodum fuerit aliquid conversum, quoniam delictum personæ in detrimentum Ecclesiæ non est convertendum. *C. si Episcopum 16. quæst. 6. & regula delictum, de regul. iuris in 6.*

Idem etiam censendum erit de deposito, si apud monachum deponatur; nam monasterium, etiamsi monachus de Prælati licentia sit depositarius, non tenebitur de deposito, nisi quatenus res deposita conversa sit in monasterii utilitatem, ut colligitur aperte ex *Cap. 1. de deposito;* ratio est, quia depositum, solum tenetur de dolo & lata culpa, ut patet in *C. bona fides de deposito, & l. 1. ff. depositi;* monasterium vero ex delicto monachi non tenetur, ut nuper adnotavimus; igitur non tenebitur ex deposito collocato penes monachum, quando culpa illius aut perit aut deterius redditur, ut in specie annotavit Molina, *Tomo 2. de iust. & iure disp. 52. 5.*

CAPVT VII.

Monachum non posse testamentum condere, neque ab aliis conditum exequi.

Videndum restat, an sit contra paupertatis votum Regularem condere, aut velle condere testamentum, ut sic de omnibus proprietatis actibus clarius constet. Regularis si professionem veram emisit nullo modo testari potest, ut expresse decernitur in *authen. Ingressi. C. de Sacrosanctis Ecclesiis. Cap. quia ingredientibus. Cap. si qua mulier. 19. quæst. 3. & Cap. 2. de testamentis;* quæ decisio recepta est in *lib. 17. tit. 3. part. 6.* Tradunt doctores in prædictis locis, & Navarr. *Comment. 2. de Regularibus à n. 43. & de redditibus quæst. 3. monit. 11. & 12. novissimè Molina de iustitia & iure. 1. Tom. 2. 2. disp. 141. & Carolus Tapia in dicta audent. Ingressi,* verbo *ideoque nec de his Cap. 1.* hujus conclusionis ea est ratio. Quia cum nihil proprium habeant, aut habere possint, ut in dicto *C. non dicatur, & C. cum ad monasterium* definitur, testari non possunt. Et præterea quoniam sui juris non sunt, neque velle, neque nolle habent, ut dicitur in *Cap. Quorundam. & C. si Religiosus de electione in 6.* Quare à testamento factio merito rejiciuntur, cum in testamentis primum locum obtineat voluntas testatoris. *l. in conditionibus ff. de conditionibus & de demonstrationibus.* Quare testari non possunt tam ex defectu potentie, quam ex defectu voluntatis: quæ duo in quolibet actu requiruntur. Ex quo etiam fit, quod nec causa mortis donare, aut legare possint etiam de licentia Abbatis, ut affirmat Bart. in *dicta audent. Ingressi, & Præpositi in Cap. Nulli dubium 12. quæst. 5. num. 20.* nisi in casu, (ut limitavit Bart.) quo Abbas & Capitulum consentient mobilis, & modica alienari. Nam immo-

bilia,

D V B I V M I.

An Monachi assumpti ad Episcopatum possint testari.

Dubium verò est Primum, an Monachi ad Episcopatum, Cardinalatum, vel summam sedem assumpti sub hac regula comprehendantur. Et primò Episcopos non posse testari expressè docuit D. Thom. 2. 2. q. 185. art. ult. in resp. ad 3. ubi ait, eos per accedens ab obedientia absolutos, ac proprium retinere minimè posse. Non enim, inquit, paternam hereditatem vendicant tanquam suam, sed quasi Ecclesia debitam. Cojus sententiam secuti sunt Turrecremata n. 22. & Praepositus n. 23 in Cap. nulli, dub. 12. q. 5. & alii relati à Carolo Tapia dicta authentica, ingressi, verb. Ideoque nec de his, C. 1. n. 32. Et ratio est aperta. Quia cum adstretum sint voto paupertatis, testari non possunt de bonis, quæ per ipsos Ecclesie acquiruntur.

Vid. Etiam Tom. 1. q. Reg. Cap. 17.

Idem sentiunt de Monacho Cardinali effecto Bald. in authent. licentiam. C. de Episcopis, & Clericis n. 3. Philippus Francus in rub. de testam. lib. 6. n. 75. quos sequitur Carolus Tapia ubi supra. Imò & summum Pontificem ex monachatu assumptum testamenti condendi facultate carere affirmavit Philippus Francus ubi supra, quamvis contrarium verum existimem. Nam si summus Pontifex potest Episcopis, vel aliis Religiosis, iuxta accedente causa, facultatem præbere testandi, ut primum dicam, recte idem poterit pro se dispensare.

D V B I V M II.

An Religiosi militaris Ordinis possint testamentum condere.

Secundum dubium est, an milites, sive commendatarii conjugati, quales sunt in Hispania Commendatarii D. Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, possint de suis bonis testamentum condere, cum Religiosi sint professionemque emittant? Navarr. ubi supra num. 56. & in Tract. de reddit. quest. 3. monito 12. tenet eos testari non posse (utpote qui nec dominium habeant rerum, etiam patrimonialium, aut earum, quas sua industria acquirunt) sed pertinere omnia sua ad Religiones militares, quarum sunt Commendatarii professi: ea ductas ratione. Primo, quia sunt vere Religiosi, ac proinde pauperes nullius rei dominium habentes. Secundo: Quia Pius V. proprio motu, cujus verba ipse ut supra refert, Commendatariis omnibus aufert privilegia, facultatesque testandi ab aliis Pontificibus concessa. Quare vult prædictos Commendatarios eodem jure obligatos esse, ac alios Religiosos.

Sententia negans Navarr.

Contraria verò sententia probabilior videtur, quam tenet uterque Molina, alter libro secundo de primogeniis Cap. 9. numero 69 alter vero de iustitia & jure loco citato. Quorum potissimum fundamentum est, quia hi non sunt per se facti & integri Religiosi, cum & castitatis

Sententia affirmans probabilior eligitur.

Hhh 2 Votum

billæ, neque Abbatem, neque collegium permittere posse alienari caretur l. jubemus, & authent. hoc jus porrectum, C. de Sacrosanct. Ecclesiis. Nam qui alienare prohibetur, is etiam alienationi consentire nequit, ut ibi docuit etiam Bart. & Rodericus, Suarez allegacione 20. n. 17.

Hujus etiam conclusionis decisio extendi potest ad ipsas causas, ut prædicti Authores tradiderunt, & ex fundamentis pro conclusione aliarum manifestè colligitur. Quæ omnia ita vera sunt, ut nec ratione consuetudinis possent testari, cum hæc consuetudo quoad monachos non teneat, utpote irritabilis, ut inquit Baldus n. 5. Jason. n. 8. & Decius n. 11. in dicta authent. Ingressi, quamvis Navarrus ubi supra n. 44. contrarium probabiliter sentiat.

Præterea extendi debet ad Prælatos, quia ipsi quoque verè Regulares sunt, & proprium habere non possunt, & ad quoscunque alios Regulares, sive mendicantium, sive non mendicantium, dummodo veram professionem solemniter emisserint in Religione approbata, & ex consequenti non extenditur ad oblatos, qui solemnem professionem non emittunt. Ita docuit Navarr. ubi supra num. 45. & latius tradit Carolus Tapia dicta authent. Ingressi, ubi supra n. 23. & Cap. 10. verbo, sua, quia hi verè Religiosi non sunt.

Ob eandem etiam rationem sub prædicta Regula non comprehenduntur Eremitæ, illi inquam, qui tria substantialia vota non emisserunt, qualis quondam fuit Paulus, ut tradit Gratianus circa C. perlatum 19. q. 3. ubi sic ait, Paulus primus eremita colobium suum Athanasio Episcopo Alexandrino reliquit, sed aliud, inquit, est de his, qui in monasterium ingressi se & sua tradiderunt, aliud vero de his, qui solitariam vitam ducentes se nulli Ecclesie tradiderunt, illi semel tradita nulli tradere possunt, isti nulli oblata liberi testari possunt. Ita Gratianus circa dictum C. perlatum. Quamvis longè aliter in vita Pauli B. Hieronymus nater. Scribit enim beatum Antonium pallio, quod ei donaverat Athanasius, Pauli corpus involvillè. Sed si ve hac, sive illa ratione factum referatur, tamen illud, ut certum ab omnibus defenditur, Eremitas testari posse, quia veri Religiosi non sunt.

Fallit verò hæc regula, primo quando monachus professus filios ante professionem procreasset; nam tunc si ante professionem bona inter eos non dividerat, potest post eam, sive ex contractu, sive testamento dividere legitimam possessionem, quæ ad eos pertinet, & sibi reservare nomine monasterii quantum cuilibet filiorum reliquerit, ut decernitur in Authent. si qua mulier. C. de sacrosanct. Ecclesiis, & C. si qua mulier. 19. q. 3. De illa verò parte quæ ad monasterium pertinet, non potest filios meliorare, neque majoratum instituere. Ut expressè docet Molina. lib. 2. de primogeniis. Cap. 9. n. 56. & sequent. quia præjudicium infert monasterio, & ut expressè decernitur dicta l. 17. tit. 1. parte 6. 16. Dexando a cada uno su legitima parte y no mas.

Præterea fallit, quia Religiosus, licet testamentum condere non possit, potest tamen syngrapham, quam vulgò nuncupamus memoriale, facere de his, quæ desiderat fieri post mortem, ut contra Joan. Tullum notavit Navarrus dicti Commens. 2. num. 22.

Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

LESU

Spirit. II

quia fion...
stia obliget...
illa homin...
nce eis Pra...
monachi, fa...
alarum su...
nus in equi...
quid corre...
in detimen...
C. si sig...
de regul...
deposito, s...
am monast...
licentiam fir...
episcopos, n...
in monastio...
Cap. 1. de de...
solem tene...
C. bona fi...
nonasterium...
ur, ut noget...
ex deposito...
o culpa illu...
specie anno...
e disp. 52.

II.

mentum

con-

paupertatis...
aut velle...
ribus pro...
regularis si...
odo testari...
Ingressi...
adventibus...
2. de testa...
17. tit. 1...
is locis, &...
43. & de...
ovissimè loq...
sunt. 147. de...
si, verbo ubi...
nis ea est m...
ne, aut p...
is, & C. an...
non pot...
sum, no...
Reg...
centur in...
dones in...
episcopum...
obli...
u ff. de...
q. am...
volbet...
od nec...
etiam...
is dicta...
li du...
limi...
nten...
mo...
bela,

Votum plerique eorum non habeant, quales sunt Comendatarii Christi, regni Lusitanie, qui ne quidem conjugalem castitatem vovent. Caritatem vero absolute eam non promittunt, sed solum vovent conjugalem; simili et paupertatem, obedientiam, totamque regulam ita habent dispensatam, ut magis secularibus conjugatis, splendidamque (prout eos decet) familiam habeant. Et arbitror eorum statuta confirmata esse à Summo Pontifice, nec non illorum privilegia, quantum ad facultatem testandi, prout usu receptum videmus in omnibus his militibus. Quare vel proprius motus Pii V. receptus non fuit, vel contrarius privilegii hodie manet abrogatus.

*Solutio-
tur ratio-
nes Na-
varr.*

Fundamenti vero Navarr. Respondetur. Ad primum: Nam constat eos in ege, & perfectè Religiosos non esse, sed tantum Religiosos suo modo (ut ita dicam) habentque dispensationem tam in voto paupertatis, quam in voto castitatis, atque adeo dominii sui capaces propterea conjugatorum status administrantium splendidam familiam habentiumque filios, & uxores postulat. Imò contrarium huius inobservabile esset omnino. Ad secundum de Motu Pii V. patet solutio ex mox dictis.

D V B I V M III.

An possint veri Religiosi cum facultate Superioris testari.

PRIMO certum est quod nullus superior inferior Papa potest prædictam facultatem testandi Regularibus concedere. Probat Navarrus *Comment. 2. de Regularib. n. 22.* & patet ex dictis, quia ipsi eam facultatem non habent, ac proinde non possunt aliis conferre. *Secundo* certum est Summum Pontificem posse Religiosis professis, interveniente rationabili causa, hanc præbere facultatem testandi. Docet D. Thom. ubi supra Navarr. *disto C. non dicatis n. 57.* & de reddi. *Ecclesiast. q. 3. monit. 11.* Covarruvias *Cap. 2. de testament. n. 50.*

Nullus superior inferior Papa potest facultatem testandi concedere Religiosis: ipse vero interveniente iustitia causa id potest.

Erratione constat. Quia Summus Pontifex potest Religioso concedere licentiam administrandi, vel dandi rem aliquam, sine eo quod illi concedat dominium illius rei; ergo capax est Religiosus dispensandi, aut dandi aliquid per testamentum. Quare D. Thom. asserit eum, qui testamentum cum licentia Pontificis facit, non dici ex proprio facere, sed Apostolica auctoritate intelligitur ejus potestatem fuisse ampliatam, ut dispensatio illius etiam post mortem valeat.

Distinguuntur quatuor Religioforum genera, pro faciliori huius dubii resolutione.

Pro cujus dubii exactiori resolutione, quatuor genera Religioforum distinguit Navarr. Quidam (inquit) sunt *Beneficarii*; Alii *simplices Religiosi*, qui in Conventibus perfectæ Communitatis resident, nec habent aliquid proprium: *Tertii* generis sunt, qui beneficia non habent, sed nec in perfecta Communitate vivunt, & cum superiorum licentia, quandam habent quantitatem panis, vini, olei, & cæterarum rerum victui suo necessariorum, ita ut si eis desit aliquid, aliunde quaerant, & quod superest suis usibus servent: *Quarti* vero sunt, qui cum licentia Summi Pon-

tif. & alia sufficienti causa, extra claustra degunt & aluntur bonis, quæ ex industria sua, labore, aut elemosynis quaerunt, quorum nihil reddunt monasteriis, neque ab ipsis quidquam recipiunt.

De primis id est, *Beneficariis*, ut sunt milites, & alii, qui ea forma vivunt, dicit Navarr. *Primum* solum esse facultatem testandi illis concedere, nam ea non solum monasteriis non nocet, verum etiam prodest. Illi enim hac spe freti, parcius vivendo multa acquirunt, quæ postea morientibus illis, ab intestato monasterii commodis applicantur.

Secundis dicit non esse solum summum Pontificem hanc facultatem concedere; non quod eos proprietarios faceret, sed quia nunquam in vita habuerunt rem aliquam de qua possent disponere, ita etiam nec decet, ut in morte habeant, licet idem ipse optima ratione allegerat solitos esse Prælatos in vita, & Summum Pontificem in morte illis Religiosis, qui ex sua industria, vel successione parentum magnas adepti sunt opes, disponendi de aliqua parte facultatem concedere in amicorum vel consanguineorum commodum (pauperum tamen) ad eorum solatium, & aliorum exemplum.

Tertio Religioforum generi Summus Pontifex eam facultatem concedere solet. Tales sunt Fratres conventuales, non tamen communiter viventes, quia illud non est aliud quam bonorum administrationem prorogare, ut quemadmodum habent eam in vita per superiorum licentiam tacitam, vel expressam, eam etiam in morte habeant.

Quarto etiam generi Religioforum facilis hanc solet facultatem concedere. Nam et si eorum bona sint Ecclesie: quoad proprietatem, & possessionem, sicut in vita Summi Pontificis auctoritate poterant donationes competentes illorum bonorum facere, cur non etiam poterant ejusdem Pontif. auctoritate de illdem bonis testari in morte. Nequit tamen Summus Pontifex (ut optime advertit Navarr. *de redd. q. 3. monit. 6.*) hanc testandi facultatem in profanos, aut illicitos usus concedere, quia id esset contra naturæ legem, quod antea scripserat Panor. in C. *Comm. effis. de testam.* Imò nec ipse Summus Pontifex etiam si monachus non sit, de reddi. *Eccles. ad usus profanos testari potest, ut idem Navarr. sentit.* Unde licentia testandi à Pontifice concessa Prælati, aut aliis Religiosis intelligi debet in piis causis.

Præterea observandum est, hanc facultatem testandi concessam extendi posse ad donationes causa mortis, teste ipso Navarr. *d. q. 3. monit. 10.*

Sed dicit aliquis, Regularis simplex, vel quilibet alius poterat de aliquibus bonis cum licentia superioris in pia opera dispendere, igitur & hanc ei facultatem in morte præbere potest. Nam sicut in vita hac administratione non derogatur voto paupertatis, ita non est ratio, cur hæc dispensatio facta in morte sit contra hoc votum.

Respondet Navarr. *disto n. 57. verli.* (& quia) nullatenus concedendum regularem in morte posse testari, cum Prælati consensu de his, quæ inter vivos eodem præcedente consensu poterat expendere in suos honestos usus, quia præjudicaret juri publico, & voto paupertatis solemnem, in quo solus Papa potest dispensare. Quæ solutio non facta est difficultati, quia non explicat in quo sit hoc

præjudicium Voto Paupertatis. Quod si velit Navarrus (quod significare videtur) Summum Pontificem tantum posse præbere hanc facultatem, quia ipse solus Pontifex potest dispensare in voto paupertatis, hoc etiam non facit ad rem: quia nulla dispensatio fit, cum prædicta facultas conceditur, sed potius manente intacta ratione, & natura hujus voti, quasi extenditur (ut supra ex mente D. Thomæ diximus, & ipse Navarrus testatur) facultas disponendi in vita ut etiam post mortem valeat, & hoc sine illo præjudicio voti paupertatis fit. Quare dicendum videtur monachum etiam cum licentia Prælati de ullis bonis non posse testari, quia modus hic testandi (etiam si sit ad pias causas, & de rebus modicis, præmissoque Prælati consensu) pugnat cum essentia, & ratione voti paupertatis.

Primo, quia cum testamentum sonet testationem mentis, qua disponit quis de rebus suis post suam mortem, ideo voluerunt jura, ut monachi omnino essent alieni ad testamenti factio- nem, & cum Prælati voluntate.

Secundum quia jura etiam permittant Ecclesiastica bona, maxime mobilia, quæ à beneficiis ex bonis Ecclesiæ sunt acquisita in vita, in pias causas, aliasque elemosynas ab eis erogari, prohibent tamen ne prædicta bona Ecclesiastica ab eisdem post mortem, vel testamento, vel alia causa alienentur, ut patet ex *Cap. Ad hæc, de testam.* Quare in jure id cautum est, ne Ecclesiastica bona beneficiariorum, imò etiam ab Episcopis acquisita, post mortem ab eis testamento disponantur, quamvis in vita possint de illis disponere. Eodem modo dicendum est in nostro casu, monachum in vita cum licentia Prælati posse bona aliqua erogare, post mortem vero in testamento non posse, quia Ecclesiastica bona hoc gaudent privilegio, ut post mortem alienari non possint, nisi de licentia Papæ. Unde qui ea sine facultate Pontificis disponeret, peccaret peccato proprietatis, erogans sine licentia iusta, bona monasterii.

Tert. Quia Prælati absolute prohibetur in jure testari, ut expressè habetur in *Cap.* quia ingredientibus, *de testam.* ergo non potest hanc facultatem subdito præbere. Et hæc de testamento factio.

D V B I V M IV.

An Monachi possint esse testamentorum executores.

Restat nunc, ut de testamentorum executione dicamus. Circa quam constituendum est, Religiosos posse eligi executores testamentorum, ut colligitur apertè ex *Cap. Tua nobis, de testam.* & tradunt communiter Scribentes ibi, non tamen possunt tale munus subire, nisi licentia Prælati petita, & obtenta. Ita habetur in *C. religiosus, de testam. l. 6.* & *Clement. unica eodem tit.* Si vero contra voluntatem Prælati executionem gderit, certum est, totum esse irritum, ut latè docet Covarruv. in *Cap. Tua nobis, de testam. num. 2.* Sylvest. *ver.* testamentum 2. n. 2. Molina de *Justitia*, & jure *Tom. 1. tit. 2. l. disput. 247.* Et ratio est, quia, *Thomæ à Jesu Oper. Tom. 1.*

Religiosus non potest esse adm. inceptor ullo- rum bonorum sine licentia, ut supra probat, & expressè cavetur in *Concil. Trident. Sess. 25. Cap. 2. de reform. Regularium*, quia administratio est jus quoddam civile pretio aestimabile. Imò ob solam administrationem paternæ hereditatis filius dicitur habere peculium profectum, ut patet ex his, quæ *parte 1. Cap. 1. de peculio profectio* diximus, esse vero testamenti executorem, nihil aliud est, quam administrare, & expendere bona defuncti, ut habetur dicto *Cap. Tua nobis.* Et *Clement. Exivi. de verb. signif. §. verum etiam.* Igitur fieri non potest sine licentia Prælati, ex quo etiam colligitur in dicta administratione sine Prælati consensu assumpta vitium proprietatis committi, omnino nullam esse, ut inter alios observat Emman. Roderic. *Tom. 3. quest. Regul. quest. 72. art. 1.* Prior tamen, sive Guardianus, sive quilibet alius superior ordinarius potest præbere hanc Religiosis sibi subditis facultatem exequendi testamentum, nisi aliud proprius Ordin. Constitutio- nibus caveatur, ac proinde ipse sine ulla alia Generalis, vel Provincialis licentia poterit esse ex vi juris testamentorum executor.

Ex quo Infero Fratibus Minoribus prohibi- tum esse omnino hoc executorium munus, ut habetur dicta *Clement. Exivi. §. verum.* Primò quia id non potest fieri sine contrædictione pecunie, quæ omnino eis per suam Regul. est interdicta. Secundo, quia executor est admi- nistratio bonorum defuncti. Quæ duo const- ant ex illis verb. *Clementina. Debent sibi scire interdictum quod hujusmodi executionibus, & de- positionibus se exponant, Cum hac sapins absque li- tigio, contrædictione vel administratione pecunie nequeant expediri.* Ubi Pontifex testamenti exe- cutionem, dispositionem bonorum, & admini- strationem appellat. Quamvis si solum secun- dum hoc obstarèt, posset cum licentia Prælati sicut alii Religiosi fieri executores.

C A P V T VI.

Quæ sit quantitas gravis, ut illam dis- pensans Religiosus contra Pau- pertatis Votum peccet.

Dicendum primo est, non quaecumque bonorum dispensationem sine Prælati li- centia factam, esse culpam lethalem. Hæc conclusio est contra Antoninum & Vandelium, qui (ut Ludo. Lopez in *instruc. Cap. 156. refert*) affirmarant cujuscumque rei etiam minimæ di- spensationem sine Prælati licentia factam esse peccatum mortale: est tamen rigida nimium hæc sententia; quia si materia levis est, & illam dispensare solum leve erit & veniale peccatum. In omnibus enim præceptis locum habet com- mane illud effatum, parum pro nihilo reputari. Illud tamen cum Corduba in *sum. quest. 109.* diligenter adverte, hanc rei levis distributionem (quamvis mortale peccatum non subinferat) nunquam tamen à peccato veniali esse immu- nem, eoque gravi, ut colligi potest ex modo loquendi SS. Patrum, qui severioribus verbis minimas etiam dispensationes inhibent, magno- que

Hhh 3 que

que verborum pondere, eas à monasteriis omnino arcere conatur.

Consulendi sunt Bened. in *Régula*, ubi sine licentia neque codicem, neque tabulas, neque graphium habere vult. Hieron. in *Reg. monachar. Cap. 3. Non retineatur* (inquit) *quantumcumque minimum temporale*. Et subdit infid: *Nulla omnino tangere aut aliquoties retinere audeat per horam, censum aut obolum, aut aliquid quantumcumque minimum*. Amplectitur idem Bonaventura in 1. parte *speculæ particula 1. Cap. 4.* his verbis, *sine licentia superiorum ne habeatur tabula, aut acm*. Cassianus lib. 4. de *institutiis renuntiantium Cap. 13.* de monachis loquens, hæc habet verba: *Nulli cistellam, nulli pecularem sportellam liceat possidere, nec tale aliquid quod ut proprium retinens, suo debeat communire signaculo*.

Hos Patres secutus Carthusianus de *reform. Claus. Cap. 14* Hugo super *Reg. B. Franc.* Author conformitatum *ibidem, Serena Conf. quest. 81.* & Corduba super *eandem Reg. quest. 6.* qui omnes affirmant Religiosum sine licentia habentem filum, acum, calamum vel quid simile peccare, & esse proprietarium. Quod non est sic accipiendum, quasi is Religiosus peccatum lethale proprietatis incurretet, sed dantaxat quod committat peccatum, quod in genere suo est proprietatis, nisi ratione parvitatæ materiæ sit peccatum veniale. Idemque docuit Petrus Damianus in *Apolog. de contemptu seculi*, in qua strictissime de hac materia locutus est.

Reliquum igitur est, ut explicetur quantum materia pro gravi ducenda sit, ut illam distribuens mortaliter peccet. In hacre Navarrus de *restitut. Cap. 1. Lib. 3.* alios ex Thomistis imitatus, & sequitur Graphis 1. parte *suar. decisio. Lib. 3. Cap. 5. num. 49.* Idem iudicandum de proprietatis peccato, & de futuro à seculari commissio ferendum esse censet, atque adeo illam dicit esse respectu Religiosi materiam gravem, sufficientemque ad peccatum mortale proprietatis constituendum, quæ respectu secularis esset materia furti. Hæc tamen sententia ab aliis huius temporis viris doctis juxta ac piis & gravibus, nimis ampla estimata est; dicunt enim non esse eodem modo de peccato proprietatis, & de furto iudicandum, cum enim Religiosus non solum ratione paupertatis, sed etiam scriptis ratione justitiæ adstrictus sit (sup. diximus *Cap. 3. hujus partis 2.*) sequitur minorem respectu utilius materiam sufficere, ut proprietatis peccatum mortale committat.

Unde deducunt primo illam materiam, quæ respectu furti dubia est, an sit peccatum mortale constituendum sufficiens, esse certam respectu proprietatis. Secundo inferunt esse peccatum mortale proprietatis in Religioso unum argenteum sine licentia dispensare, cum enim hæc materia respectu furti sit dubia, imo valde probabilis secundum illos, consequenter docent absolute loquendo esse materiam certam respectu proprietatis. Et quantum ad hoc quod unus argenteus sit materia gravis respectu omnium Religionum, amplectitur hanc sententiam Cordub. in *sum. quest. 109.* secutus Navarrum in *C. fin. 14. quest. 6.* & in *manuali. Cap. 17. num. 3.* qui affirmat unum argenteum in regno Hispaniæ esse materiam gravem respectu furti. Et idem sequitur *Conf. 57. de Regular. dub.*

3. num. 7. ubi de Religiosis tractans dicit tres partes unius argentei (Hispanicè tres quartillos) & ad summum, unum argenteum esse materiam gravem. Quam opinionem etiam sequitur Salom. de *just. & jure quest. 66. art. 6. controversia 1.* potestque primo hæc sententia fundari, quia in Ordine Carthusiensium (ut ibidem Navarrus refert 2. parte *statutor. antiquorum, Cap. 31.*) statutum habebatur, ut Religiosus, qui post obitum habens 12. dipondia deprehensus fuerit, extra Conventus claustrum & cæmeterium, terræ mandetur; quæ statuta à Sede Apostolica confirmata si ère. Quia confirmatione supposita potest non leve argumentum pro hac sententia formari, in hunc modum: Ecclesiastica sepultura carere, culpam mortalem supponit, ut in *Cap. pro obventibus, & in Cap. non estimemus 13. quest. 2.* & sequitur glossa in *Cap. Ex parte, secundo de sepultura*, ergo 12. dipondia respectu earum Religionum, quæ divites, ampliusque redditus possidere dicuntur (qualis est Carthusiensium) erit materia gravis.

Secund. Quia in eadem Religione, loco citato, qui sine Prælati licentia tres solidos expendit, excommunicationis pœnâ mulcatur, hæc ergo erit sufficiens materia ad peccatum mortale, cum excommunicatio major lethale peccatum supponat, quæ pœna in nova etiam statutorum collectione *parte 2. Cap. 19.* confirmata hodieque observata invenitur.

Alii vero DD. moderni, quos Mendoza *quest. 8.* sæpe citatà imitatur, tenent peccati proprietatis materiam esse, duos argenteos dispensare, sequuntur enim communem Thomistarum opinionem, assertentio hæc esse materiam furti gravem, & eodem modo de peccato proprietatis concludunt. Mihi tamen difficile admodum videtur, tam respectu secularium, quam Religiosorum, furtis certam limitare materiam, neque autem antiqui & graves Theologi hanc materiæ gravitatem ad amissum decernere. Quare neque apud D. Thomam, Scotum, Patudanum & alios veriores Theologos, quidquam certi de hacre cautum reperitur; sed quia nostri ævi Scriptores, arenas maris computare moluntur, ne nos ab hac communi via deflectamus, advertendum duximus; quantitatem gravem non posse respectu omnium Religionum esse æqualem; aliæ quippe locupletiores, aliæ pauperiores sunt, ideoque quæ respectu unius est materia levis, respectu alterius gravis erit censenda. Hanc doctrinam ex D. Thom. colligo 2. 2. *quest. 32. art. 4. ad tertium*; ubi docet materiam gravem non solum sumi absolute & à parte rei, sed etiam per comparationem ad paupertatem vel divitias domorum, exemplo eleemosynæ, quam vidua imposuit gazophylacio, quæ, comparatione tenuitatis ipsius, magna erat.

Dubitatio igitur propositæ respondeo, merito respectu omnium Religionum iudicati quantitatem gravem duos argenteos; Ita communiter tenent Thomistæ, Mendoza ubi supra quamvis Navarrus, Corduba, & Ludov. Lopez strictius loquantur; Ratio est, quia hæc in furto absolute gravis materia reputatur, & à fortiori in Religiosorum furtis; in Religionibus vero, quæ

Consulend.
Lezama
Tom. 1.
99. Reg.
Cap. 6.
n. 57. &
Anton. à
Spiritu S.
2. part.
direct.
Regul.
disp. 4.
sect. 3.
nu. 186.

quæ strictiorem servant paupertatem, forte minor quantitas gravis materia judicari possit. Quod si nobis quispiam objecerit, viros graves & peritos aliarum Religionum, majorem quantitatem prædictâ sine scrupulo dispensare. Resp. 1. Sapientiores esse eos, qui pro nostrâ sententia citati, quos æquum esset hac in re, omnes quantumvis graves & religiosos, qui paupertatem exactè observare cupiunt, sectari. Resp. secund. præfatos etiam Religiosos sine scrupulo dispensare decem & duodecim argenteos, ex quo tamen colligere non licet, nobis id esse permiffum. Unde addo tertio credendum esse illos à Prælati suis tacitam vel expressam licentiam habere, & contrarium sine temeritate judicari non posse, hæc autem interpretativa facultas apud nos locum non habet ut in 3. parte hujus Tractatus comprobabimus.

Ex dictis elicitur primò, gravius peccare Religiosum, qui ab alio Religioso ex his, quibus utitur, dictam quantitatem assumeret, quàm illum, qui eandem vel à seculari, vel à communibus Conventus bonis futaretur. Ita colligitur ex Conc. Mediolanen. l. 1. parte confit. c. de monialibus, ubi postquam docuit proprietarios castigandos esse, subdit: *Et multo magis, quæ ex communi, aut ex eo quod alicujus usus tributum sit, furtum sibi aliquid vendicaverit.* Et ratio est, quia majoris perturbationis causam præstat, & aliorum Religiosorum propter hoc estimatio diminuitur, & ut claves in Religionem introducantur, viam pandit, quæ multa secum damna advehere solent, licet hæc major gravitas non sit intra limites Voti paupertatis.

Secund. Ex dictis constat idem de aliis rebus pretio æstimabilibus, ut sunt vestes, cibi &c. quod de pecunia, censendum esse; hinc qui sine tacito vel expresso Prælati consensu acciperet, daret, vel à Conventus bonis subriperet notabilem harum rerum quantitatem, dubio procul mortalis noxæ reus fieret, idque hæc porissimum ratione quod (ut in Cap. 4. 1. partis dictum fuit) non modo pecunia, sed quæcumque alia res pretio æstimabilis est materia Voti paupertatis. ideoque non tantum is, qui notabilem pecuniæ quantitatem sibi assumit, contra illud peccat, sed etiam qui aliis ex rebus etiam comestibilibus eandem quantitatem infideliter distribuit; nisi alias tacita vel interpretativa licentia prælati præsumeretur, quam puto præsumi sæpenumero in Religionibus laxioribus, minimè vero in reformatis, in quibus omnia etiam minima, sine Prælatorum prævia licentia nec accipi nec dispensari à Religiosis possunt.

Restant tamen circa traditam doctrinam duo dubia explicanda; Primum est, si multi Religiosi aliquam rem notabilis quantitatis sibi assumant, an omnes peccent mortaliter, quamvis pars, quæ sigillatim unumquemque illorum contingit, minima sit, ex monasterii bonis? Resp. affirm. quia quilibet illorum ita peccat, ac si totam illam solus sibi assumeret, idque manifesto exemplo comprobari quam facile potest, ducto ab his, qui communi consentu vineam ingredientibus notabilis damna inferunt, in hoc enim casu omnes concedunt quemlibet ex illis lethaliter delinquere. Nec valet excusatio dicentium, res Conventus esse communes, quia (ut supra dicebamus) non eatenus communes

sunt, ut quilibet illorum habeat jus ad fumendum ex illis quicquid sibi adlibnerit, sed quatenus in communem omnium utilitatem à Prælati dispensari debent, & non à subditis.

Secundum dubium est; utrum peccet mortaliter Religiosus, qui multoties res parvi momenti sibi assumit, ita ut ex omnibus illis notabilis quantitas confurgat. Resp. cum Navarro de regular. conf. 75. n. 28. & Grassi 1. part. lib. 3. Cap. 5. n. 51. multa furta parva in Religioso, quamvis notabilem quantitatem attingant, non esse peccata mortalia, si sine fraude fiant, id est, si fiant sine intentione multoties fumendi per partes, quod totum simul sumi non potest. Et ratio est, quia sicut similia furta in uxore & filiisfamil. à peccato mortali excusantur, ita pariter in Religioso, qui filius etiam est, excusanda videntur.

C A P V T IX.

An teneatur Religiosus illa, quæ sine licentia Prælati expendit, restituere.

PRimo in hac re constituo Religiosum ad restituendum teneri. Et ratio est, quia omnem factum inducit restituendi obligationem, atque ideo si Religiosus furatus fuerit, ad restitutionem tenebitur. Quod ut determinare & delucidè magis explicetur; ex superioribus notandum, peccatum proprietatis crebro ipsi forte conjungi, ut v. g. quando Religiosus ex bonis Conventus extraneis quippiam distribuit; aliquando vero à furto se junctum est, ut, si ex his, quæ usui habentur, vel ex communibus Conventus bonis aliquid alii ejusdem Conventus Religioso tribuat, in hoc enim casu, ut supra Cap. 2. hujus partis probavi, quamvis peccet Religiosus contra votum paupertatis, nihil tamen furatur.

Hoc supposito addo secund. quando Religiosus nihil furatur, nihil restituere teneri, tenebitur tamen ulterius ab actione dispensandi cessare, & si res dispensata adhuc permaneat, ut v. g. si sit vestis, aut liber, quæ facilius permanere possunt, tenebitur accipientem monere, ut sibi, vel in eos usus reddat, quibus antea erat à Prælato depurata.

Dico tertio. Quando Religiosus factum simul cum proprietate committit, exempli gratia, quando ex bonis monasterii extraneis, sine licentia aliquid donat, vel alio modo alienat, tenetur rem alienatam Conventui reddere, & si ad tertiam personam devenit, ut ad Conventum redeat, conari; si tamen res illa ab accipiente bona fide consumpta est, non tenebitur accipientem restituere. Ita sentiunt Cordoba in summa quest. 109. Antoninus 3. part. tit. 16. Cap. 1. §. 11. morab. 4. Sylvest. verbo Religio. 6. n. 7. Navarra Lib. 3. de restit. Cap. 1. num. 181. & num. 200. & Lib. 4. Cap. 2. nu. 122. citans Paludanum & Palacios, quos & sequitur Navarra de reddit. quest. 2. mon. 20. & Comm. 2. de regul. n. 21. & conf. 75. de regul. n. 5. Molina Tomo 1. de just. Tract. 2. disput. 140. & disputa 84. imò & Prælati si donet, vel ob turpenti causam; vel sine justa causa, quia non habet ex

H h 4 officio

Vid. direct. Reg. nos. Antonii 2. part. Tract. 3. disp. 4. lect. 7.

Gemina incidenti dubitatio nisi satis sit.

ans dicit me
es quarillo)
fle mareiani
equitur Salo
ontrovrsia
ndari, qui
dem Navar
um, Cap. 21.
qui post
ehentis fue
remeterium,
de Apostoli
natione sup
am pro hac
m: Eccle
mortalem
& in Cap
tur glossa in
, ergo 12.
m, quæ di
ere dicunt
materia gra
ne, suo ti
solidos ex
multam,
peccatum
not lethal
nova etiam
19. confit.
Mendosa
peccati
argenteos
nem Tho
hanc esse
modo de
sibi tamen
specto se
s certam
tignit &
itatem ad
apud D.
hos vou
de hæc
i Scripto
tur, ne
adver
nem non
se equa
paupe
ntius est
erit cen
colligo
bi docet
olare &
nem ad
xemplo
ophyla
magna
eo, me
dicari
a com
bis supra
Lopez
n furto
ortio
vero,
que

LESU

Spirit. II

officio facultatem ad hæc, restituere tenetur, ut Navarrus & prædicti affirmant.

Dico quarto, si res accepta non sit apud Religiosum accipientem, neque apud tertiam aliquam personam, tunc non teneri Religiosum illum, (maximè si sit simplex Religiosus) ad restitutionem, quia non habet unde restituat. Illi vero Religiosi qui peculium habent, tenebuntur restituere, ut multi ex prædictis docent Authores. Ex quo efficitur personam accipientem, quamvis bona fide à tali Religioso, (& si is Prælati sit,) ad rem acceptam restituendam teneri, si fortè adhuc res maneat, ut Navarr. *Cap. non dicatis, num. 31.* sequens Majorem in *5. dist. 38.* & colligitur ex citatis Authoribus in *3. Conclusionem*, & sequitur illam Guillel. Parisien. *tit. de moribus. Cap. de paupertate.* & Joan. Molanus in *Compendio Theologiæ tit. 5. Cap. 2. can. 4.* Et ratione clarum evadit, quia contra jus divinum est, ut D. Thom. docet *2. 2. q. 32. art. 7. ad 2.* ut quis lucretur, vel accipiat aliquid ab his, qui rem suam alienare non possunt, quare ad restitutionem tenetur, ut ibidem probat Divus Thomas.

C A P V T X.

De licentia Prælati, quæ præcedere debet, ut monachus justè res monasterii dispenset:

Sæpe in Superioribus docuimus Monachum sine sui Prælati licentia monasterii bona dispendentem, in virium labi proprietatis. Restat nunc, ut de eadem licentia ex parte Prælatorum requisita, breviter differamus examinantes, an præcedere debeat Prælati consensus expressus, an vero sufficiat tacitus & virtualis; deinde an ex Prælatorum silentio tacitus consensus præsumatur, & quando; præterea an aliquando ipso renuente Prælato, ex vi licentiæ, quæ debita lolet appellari, Religiosus licitè monasterii bona in suam, vel aliorum utilitatem dispenset, acedendum, an semper monachis Prælatorum expressus consensus sufficiat, ubi de justa & injusta à Prælati data licentia, nonnulla attingemus, fundatur vero universa hæc disputatio in verbis illis *Cap. Non dicatis, certum est eos nihil habere, dare, vel accipere sine Superioris licentia debere.* Et in *Cap. Cum ad monasterium, ibi: Non presumat illud accipere, sed Abbati vel Priori assignetur, & sic suscipiatur.* Ac denique in illis verbis *Cap. 2. Conc. Trident. Sess. 25. de reform. ibi Mobilium vero usum ita superiores permittant &c.* De hac igitur prærequisita licentia, sive Prælatorum permissione quæritur qualis debeat esse.

D V B I V M I.

Sufficiatne tacitus Prælati consensus, ut subditus quamcumque rem possit dispensare.

Exponitur tria licentia genera.

¶ Potest primo præmittere tria posse licentiæ genera in præsentem distingui. Primum, quando Prælati expressis verbis monacho facultatem

tem aliquid dispensandi concedit, quam licentiam expressam omnes vocant, & de hac, si iusta de causa concedatur, nulla est controversia; nam si hæc præcedat, ea omnia poterit subditus dispensare, quæ talem conferens potestatem superior potest, nam, ut habetur in Regula juris in *6. quidquid aliquis potest facere per seipsum, idem per alium præstare potest*, ut in hoc etiam proposito notavit Navarrus *Comm. 2. de Regular. num. 23.*

Secund. Genus continet illam facultatem sive licentiam, quam debitam, justam sive rationabilem vocant, quæ merito tunc præsumitur, quando aliquid se offert negotium adeo iustum & necessarium, ut Prælati teneatur licentiam concedere, & quam, si neget vel renitatur, irrationabiliter sit facturus invitus. Quia ratione servus & filius licitè utuntur rebus sibi necessariis, quæ Domini sunt aut Patris; etiam si sciant evidenter esse contra eorum voluntatem; quia in illo casu præsumitur consensus debitus Patris aut Domini: eodem fere modo licet debitori retinere rem creditoris, quando irrationabiliter est invitus, & in casu quo ipse creditor consensus præstare deberet, ut communis & vera habet opinio. Debitam igitur licentiam vocamus quando sese offert gravis aliqua & urgente, vel extrema necessitas; cui Prælati ex officio tenebatur subvenire, tunc si subditus, (etiam contrariante superiore) sua vel alienæ necessitati satisfaciat, ex debita licentia, dicitur illud dispensare.

Tertium genus est licentia tacita, quam præsumptam, virtuales vel interpretativam Jurisprudenti & Theologi nuncupant, de qua latè scripsit Navarrus *Comm. 2. de Regular. num. 20. & 21.* quæ tunc præsumitur, quando probabiliter creditur Prælatum approbaturum dispensationem bonorum monasterii, à subdito, ipso ignorante, factam, si eam sciret; ut colligitur ex *l. inter omnes s. reite ff. de furtis*, in qua cavetur non committere furtum eam, qui capit alienam clam Domino, qui libenter daret illud à se petitum.

Præmitto secundo, tacitum hunc consentum Et hæc duobus modis contingere posse. Primo quando quæsi Prælati certior redditus de aliquo negotio à duplici monacho gesto, neque illud approbat, neque reprobat, & hic dicitur consensus permissivus. Alius est, quando expressè approbat, vel approbaturus creditur si sciret, & hic dicitur consensus approbativus. Rursum, tam tacita, quam expressa licentia duplex est; nimirum vel iusta, quando nempe ab eo conceditur, qui habet facultatem eam concedendi, & insuper justam causam ad eam concedendam habet. Quia ratione justam licentiam definit Navarrus ubi supra, eam, quæ justè & iusta de causa est concessa, de qua in fine hujus Partis dicemus.

His suppositis dico primo, ut subditus omnia ea possit dispensare, quæ cum licentia expressa dispensare possit, sufficit tacita licentia, sive consensus approbativus. Hæc est D. Thom. *2. 2. q. 32. art. 8. ad 1. & ad 2.* & communis omnium sententia; quia in moralibus taciti & expressi idem est judicium *l. expressi. ff. de regul. jur. & l. cum quid ff. si certum petatur*; atque ideo quicquid poterat dispensare cum licentia expressa, poterit etiam cum tacita.

Dico res.

Dico secundo, etiam si subditus præsumat probabiliter Prælatum sibi licentiam concessurum, si illam peteret; si tamen alias aperire novit Prælato displicere quod occulte & sine licentia expressa aliquid dispenseret, rem illam dispensando peccat. Ita sentiunt Navarrus in C. *Non dicitur* n. 2. secutus Cajetan. 2. 2. *quæst.* 66. *art.* 5. & in *summa*, verbo, *furtum*, estque communis omnium fere juniorum sententia, quia tunc subditus dispensat contra voluntatem expressam Prælati, sicque à peccato immunis esse non potest.

Porro, quamvis ii omnes peccare Religiosum sic dispensantem, unanimiter fateantur, de gravitate tamen peccati, eiusque specie, multum inter sese dissident. Navarrus enim, Cajetanus *ubi supra*, & juniores alii peccatum tantum veniale esse contendunt, alii vero le. halejin quam etiam sententiam inclinant aliqui moderni, ut Navarra *Lib. 9. de resist. Cap. 1. Medina de resist. quæst. 12.* Hæc vero (quæ contrariæ videntur) sententiæ facile conciliari inter se possunt, primæ etenim Authores idcirco dicunt solum esse peccatum veniale, quia loquuntur in casu quo præsumentur Prælatus ipsum factum approbaturum, quamvis alias modus occulte sumendi eidem displiceat; quo posito, veram esse priorem sententiam nemo est qui inficiatur, tunc enim consequenter dicendum est non sufficere quod subditus sciat, se licentiam, modo eam petierit, impetraturum, ad hoc ut non peccet venialiter, sed etiam ulterius requiritur ut sciat Prælatum, factum ipsum approbaturum, quantumvis occulte fiat; secundæ verò opinionis Authores loquuntur in alio sensu, videlicet tunc peccare mortaliter Religiosum occulte dispensantem, quando Prælato non tantum displicet occulte sumendi modus, sed etiam factum ipsum, eo ipso quod tali modo fiat. Contingere enim potest Prælatum ad facultatem hanc concedendam promptum habere animum, & quod occultæ hæc dispensationes illi valde displiceant, quia ex ipsis, proprietatis occasio, aliaque damna monasterii obtinunt; ita ut displicentia non solum cadat supra modum occulte sumendi, sed etiam, imo & præcipue, super dispensationem ipsam tali modo factam, & in illo casu nemini fas est religiosum sic dispensantem à gravi peccato liberare, hocque est quod Ludov. Lopez agebat, scilicet, non sufficere quod ego intelligam Prælatum mihi concessurum licentiam, si peteretur, si alias scio ipsum non daturum illam, nisi expressè ab eo petatur, quia in hoc casu non solum modus, sed etiam ipsa dispensatio, Prælati voluntati contraria est, & proinde hoc modo dispensans peccabit mortaliter, quia abique Prælati consensu facit.

Dico tertio, non posse subditum rectè licentiam tacitam aliquid dispensandi præsumere, si alias dubitat, an Prælatus velit, ut ab illo expressè petatur, quare in dubio non præsumitur, ita colligitur ex D. Thoma 2. 2. *d. quæst.* 32. *art.* 2. *ad primum*, ubi expressè docet in monacho requiri licentiam probabiliter præsumptam, ut possit eleemosynam facere, & ex Navarro C. *non dicitur*, num. 20. ubi assertit ad licentiam tacitam requiri, quod subditus probabiliter existimet sibi fore licentiam dandam, & dispensationem, Prælato acceptam fore, vel saltem non

displicentiam. Consentit etiam Ludov. Lopez, *ubi supra*. Et ratio est evidens, quia quando aliquis dubitat de voluntate Petri, utrum velit sine licentia sua, bona sua dispensari, certum est nullum posse illa dispensare, sine Petri licentia, ut confirmat Navarrus in *summa*, *Capite 7. num. 4.*

Dico quarto valde probabile esse, ubi consuetudo inolevit dispensandi cum licentia tacita, posse subditum cum illâ, in absentia & præsentia Prælati aliquid dispensare. Hæc conclusio colligitur ex citatis Authoribus, qui nulla ratione distinguunt de licentia tacita in absentia, vel in præsentia, nam alias in monialibus nunquam tacita licentia præsumeretur, cum semper earum Abbatissæ sint intra claustra monasterii. Circa hujus licentiæ usum consulto advertunt DD. illâ utentem, debere suas passiones & affectus considerare; nam qui circa paupertatis bonum non bene afficiuntur, vel qui ignorant es sunt, frequenter hæc licentia utuntur, non sine magno animarum suarum periculo; ideoque nisi manifestè sit, præsumptio, nullus licentia tacita fretus, sine piorum doctorumque virorum consilio aliquid deberet dispensare, quia facile ob passiones (quæ sepe mentis aciem rectamque rationem obsecant) vel ob ignorantiam quis decipi potest, tacitam licentiam, ubi non est, præsumendo, & in hoc casu consulendos esse viros doctos prudentes adnotavit Navarra *Lib. 3. de resist. Cap. 1. num. 171.*

Dico ultimo non sufficere ad præsumendum licentiam tacitam, quod Prælatus videat aliquid sine licentia fieri, & taceat; nam ex hoc silentio colligitur consensus permissivus, & non approbativus, multa enim ad majora mala evitanda Prælati dissimulare ac permittere solent. Hæc conclusio est Navarra C. *non dicitur*, n. 22. Cordubæ *super reg. B. Francisci. Cap. 6. q. 6. condit. 3. & q. 7. puncto 3.* & Navarra *ubi supra*; itaque necessarius est consensus approbativus, quia hic solum dicitur licentia, non vero permissivus.

Insuper ut subditus in conscientia sit tutus, necessarium est, Prælatum Regulam & Constitutiones suas, quæ circa modum licentiam concedendi disponant, bene intelligere, quia si effect ignorans, vel negligens in suorum subditorum gubernatione ex eo quod dispensationem non impediat, colligi non potest ipsam licentiam tacitam dare, ita affirmat Sylvest. verbo, *consensus*, quia in hoc casu Prælatus non impedit, vel quia intelligit se non teneri ad impediendum, vel quia negligens est, ideoque & si non impediat, imo quamvis approbet, putans se non posse impedire, vel ad impediendum non teneri, non præsumitur similis licentia.

Ex supradictis colligitur secundum varias Religionum consuetudines, & varios Prælatorum mores, majora vel minora esse in subditis motiva, ut hujusmodi tacita licentia, eaque magis vel minus extensa ab eis præsumi possit. Ex quo etiam fit, ut in una Religione sit proprietatis peccatum, quod in alia licitum est; imo inter Conventus ejusdem Ordinis, aut Provincie, quod in uno licet, in alio est contra paupertatis votum, non alia ratione, quam ob diversas consuetudines, Prælatorumque conditiones, majorem vel minorem suis subditis facultatem concedentes, ob cujus rei ignorantiam factum est,

Doctrina
impense
adversenda.

IN IESU
Spiritu
II

est, ut multi in hac materia longius aberraverint, eo quod ex consuetudinibus aliam Religionum, vel Conventuum regulam universalem assumerent, putantes id sibi in sua Religione esse licitum, quod in alijs Religionibus aut Conventibus tacita licentia concedebatur, non animadvertentes, quod quamvis idem sit apud omnes paupertatis votum, ratione tamen tacite licentiae, hic & non illic praesumptae, vel magis aut minus ex parte in una quam in alia parte, extendi etiam in subditis magis, aut minus hanc dispensandi facultatem: In nostra vero Religione, si Religiosus in monasterio sit, vel in eo loco ex quo facile Praelatum adire possit, illi quoque licentiam petere, regulariter loquendo nihil potest sine illa dispensare, quia in hoc casu nulla praesumitur licentia tacita, etiam quoad minimarum rerum dispensationes, eo quod apud nos constet & notum sit, expressam Praelatorum voluntatem esse, quod ad quamcumque etiam minimam dispensationem, ipsorum licentia postuletur, quod patet primo ex *Regula Cap. de cellula Prioris*, ubi sic habetur: *De arbitrio & dispositione ipsius (scilicet Prioris) postmodum qua agenda sunt cuncta procedant.*

Secundo colligitur ex Constitutionibus in quibus non solum rerum dispensationes, sed etiam haustum aquae sumere sine licentia prohibetur. Tertio idem ostendi potest ex laudabili invariabilique Praelatorum & Subditorum consuetudine, Praelati enim huiusmodi dispensationes etiam minimas, sine licentia factas vehementer reprehendunt, & subditi in Capitulo se accusant, si quando contigerit tales dispensationes ab illis sine licentia fieri.

Dixi (*regulariter loquendo*) quia contingere potest casus, in quo aliquis ex nostris posset hac tacita licentia uti, etiam in Praelati praesentia, ut v. g. quando illi de Praelati consensu constaret. Addidi praeterea, *Religioso in monasterio existenti*, quia iter faciens habet tacitam recipiendi omnia sibi oblata licentiam, & ex illis sumendi, quidquid sibi pro itinere necessarium fuerit.

Sed quaeres, utrum is, qui cum licentia Praelati tacita quippiam dispensavit, teneatur Praelato manifestare, id quod ad se factum est. Resp. universè loquendo, ad hoc neminem teneri. Ita colligitur ex Navarri *C. Non dicatis, n. 20.* & ratio est, quod tacita licentia praevia, licet dispensat, quae omnes effectus sortitur, quos expressa, ut *Cap. praecedenti* dictum est.

Quomodo
consensus
permissi-
vus ab ap-
probativo
discernen-
dus.

Secundo quaeres, ex quibus principiis aut circumstantiis possit discerni consensus permissivus ab approbativo, quem diximus esse necessarium, ut monachus licet dispenset aliqua, cum licentia tacita.

Resp. Id constare posse ex pluribus circumstantiis, ut ex consuetudine & usu Religionis solita praesumere in simili casu consensum approbativum. Item Ex personarum superioris, si v. g. sit maxime suavis & pronus ad condescendum subditis, nec similes dispensationes in alijs casibus reprehendat, quam subditi. Deinde, ex qualitate personae subditae, vel quia magis à superiore diligitur, vel quia majorem habet apud ipsum auctoritatem, aut denique, quia expertus est se habuisse in similibus casibus Praelati ratificationem: Tertio ex ipsis rebus gestis; nam in levioribus facilius praesumi potest taciturnitas pro

consensu, quam in gravioribus. Denique si res gesta, in commodum & utilitatem monasterii cedat.

Ceterum consensum tantum esse permissivum conjici potest ex iisdem circumstantiis. Deinde si Praelatus à potentatibus sive magnatibus precibus molestatus (praecipue ab his vel à quibus Religio plura beneficia accepit, vel quorum favore indiget) aliqualem dispensationem sive administrationem subditorum non reprobe, tunc subditos in conscientia tutos esse affirmare non audeo, cum iste consensus coactus potius, quam permissivus dicatur.

Ultimo, silentium superioris permissivum praesumitur, si metu fuerit extoritur, ut recte Navarri *Cons. 2. de Regul. n. 21.* Unde Religiosus qui sine verbo, sive aliquo signo mecum infert Praelato, eo quod agere se sibi licentiam denegari, vel alias ita graviter murmurat, ut rationabiliter posset superior timere, ne habeatur avarus, aut nimis rigidus, aut ne impediantur suffragia circa dignitatibus; nam in simili casu, Domino vidente & tacente propter similem coactionem, non rectè ejus substantia ab alio usurpatur, ut post alios tenet Sylvest. *verbo factum q. 1. & ibi Angelus n. 2. & Navarrus in Summa Cap. 17. n. 4.*

D V B I V M II.

Fieri aliquando possit, ut renitente ac contradicente superiore licentia praesumatur.

Diximus in superioribus praeter licentiam tacitam & expressam, esse quandam aliam, quae licentia *justa* sive *debita* nuncupatur, quae quis rem aliquam, invito domino, aut Praelato dispensat, in tali casu in quo tenebatur ipse petita à se licentia assensum suum praestare; tunc enim si petita hac licentia denegata fuerit, quidquid ab inferiori gestum fuerit dicitur fieri cum licentia debita, ut *dist. Cap. 10. Dub. 1.* docebitur, de hac licentia debita sive debita optimè agit Enriquez *Tom. 1. lib. 6. Cap. 13. lib. 3. de penitentia. n. 4. & sequentibus*, praecipue in *gl. lit. E. & F. Restat* igitur in hoc Cap. aperendum, an ista licentia debita locum habeat in Religionibus? In quod certum existimo, Religioso licitum esse, extreme suae necessitati subvenire, sumendo sibi res monasterii etiam renitentibus Praelatis. Nec de hoc est qui dubitet; nam praecipuum de iudenda vita propria plus obligat, quam votum paupertatis, & illas eisdem res potest quis in aliorum necessitatibus dispensare, dummodo illi sint in extrema necessitate constituti, adfintque aliae circumstantiae, de quibus infra.

Idem etiam sentiendum est de necessitate gravi; appello autem gravem necessitatem, indigentiam eorum, quae necessaria sunt ad commodam sustentationem vitae, & ad decentiam sui status secundum usum suae Religionis, quare in hac necessitate potest Religiosus bona monasterii sibi applicare etiam ipso superiore renitente, dum-

admodum necessitate sua proposita, licentiam à Prælati postulari; ita docuit Navarra Lib. 3. de restit. Cap. 1. n. 196. Et probatur ex Concil. Trident. S. ss. 25. Cap. 2. de Reform. ubi præcipitur, ut nihil eorum, quæ necessaria sunt Religiosis, eorum Prælati denegent; ex contractu enim in professione inito, Religio ex sua parte obligationem contrahit, Monacho præbendi necessaria secundum usum & consuetudinem sui status. Quare in hoc deficiente Prælati (ad ipsam namque pertinet huic obligationi satisfacere) potest subditus res sibi necessarias, auctoritate propria vindicare.

*Tria ob-
servanda
in usu li-
centia de-
bitæ, ne
deficiamus
in
paupertatis
voto.*

Cæterum, ut paucis usum licentiæ hujus debita in praxi servandum comprehendamus, sciendum tria concurrere debere, ut à Monachis justè, ac debito modo exerceatur. Primum (quod sæpè jam repetitum est) ut prius expressa licentia à Prælati petatur. Secundum, ut justa causa & necessaria interveniat, nempe ob res necessarias necessitate extremâ, vel urgenti, quæ necessitas boni viri arbitrio judicanda est; nec securè hac in re nos ipsos judices constituimus, cum sæpius ea, quæ utilia tantum sunt, necessaria reputemus; aut decentiam nostri status plus, quam par est Religiosis, extendamus. Quocirca paupertatem raro admodum hanc debitam licentiam in Monasteriis absque periculo exerceri. Tertium, ut non contentus sit Religiosus semel postulasse licentiam, si speret eam adipisci iterum atque iterum postulando; idque per se vel per alios. Nec excusandi sunt Religiosi, qui rebus aliquibus, & pro sui status honestate levibus carere nolunt, sed potius omnia more divitum habere, eaque à Prælati sine mora sibi conferri volunt, cum status paupertatis, quem professi sunt, præ se ferat quandam indigentiam rerum etiam necessariorum; quare hæc licentia debita solum habet locum cum prædictis circumstantiis.

D V B I V M III.

An semper sufficiat Prælati expressa licentia, ut subditus securè sibi vel aliis dispense monasterii bona?

Referuntur nonnulli casus, in quibus etiam præmissa Prælatorum expressa licentia Monachi non possunt Monasterii bona dispensare, Primus si non licentia vi, metuvè à Prælati fuerit extorta; nam tunc verè non excusaretur à

peccato, ut colligitur ex Cap. Abbas, juncta præmissa glossa, de his quæ vi met. &c. Hoc ipsum supra agentes de consensu tacito insinavimus. Idem etiam censendum existimo de licentia fraude, dolo è impetrata, ut non incongruè ex dicto Capite, Abbas, juncta glossa potest deduci, & no avit Navatrus Comm. 2. de Regul. n. 21. Dolus autem vel fraus tunc contingit, quando circumstantia quædam celatur Prælati, quam si agnosceret, licentiam illam denegaret. Ad hæc etiam potest reduci licentia à monachis querelis, minis aut murmuracionibus contra Prælatum factis, extorta, ut superius etiam annotavimus, nam constat licentiam illam magis dicendam esse permissionem coactam, ut Navarra advertit Lib. 3. restit. Cap. 1. n. 173.

Secundus casus, quando Prælati concedit subditis rem aliquam ad utendum vel distribuendam contra regulam aut statuta propriæ Religionis; nam eo casu tam concedens, quam hi quibus concessio necessitate fieret, peccarent contra paupertatis votum; nam quamvis administratio bonorum monasterii Abbatibus, Prioribus aut Prælati aliis commissa sit (ut exprèsse habetur 1. 8. quæst. 2. Cap. nulla) tamen jura hæc & alia, si quæ sunt, limitanda veniunt, ut intelligatur tantum in illis casibus, in quibus non obstant regula aut propria Ordinis statuta, quia tunc neque Prælati jure utitur administratione sibi commissa, neque subditus re sibi concessa, quare neuter est in conscientia tutus, neque ille administrando bona sine juris aut regulæ facultate, quod idem est, ac si sine licentia administraret; neque hic utendo bonis à non habente administrandi auctoritatem, concessis.

Idem quoque judicandum erit casu quo Prælati inferiori, à superiori Prælati inhibeat monasterii bona administrare, in hunc illum vè usum, possunt enim Prælati superiores inferiorum jurisdictionem justis de causis limitare, & tunc inferioribus Prælati non licet sine proprietatis vitio, sibi ablatam auctoritatem reassumere.

Tertius casus, si Prælati subdito licentiam utendi re aliqua liberè & independenter à se; quia tunc similis licentia esset injusta, & Monachus ea utens, proprietarius, ut infra plenius differemus.

Idem etiam censendum erit, cum Prælati Monachis præbent facultatem utendi rebus Monasterii in omnes usus indifferentes sive licitos sive prophanos, quamvis id fiat dependenter à sua voluntate, cum hoc ipsum Prælati facere nequeat ut in sequentibus etiam latius dicemus.



QUARTA PARS HUIUS OPERIS.

De distributione bonorum monasterii, qualiter facienda sit à Prælati: & de modo, quo subditi ad usum rebus concessis, uti debeant.

Textus in Cap. *Non dicatis.*

Sed sint vobis omnia communia, & distribuatur unicuique vestrum à Præposito vestro. & infra. De quo tamen nihil aliud fiat, nisi quod prior placuerit.

Textus in Cap. *Monachi.*

Nec peculium permittatur habere. & infra. Qui verò peculium habuerit, nisi ei ab Abbate fuerit pro iniuncta administratione permissum, à Communionemoveatur altaris.

Textus in Cap. *Cum ad Monasterium.*

Tales enim ad agenda officia monasterii deputentur, qui fideles fuerint, & discreti; nec alicui committatur obedientia perpetuò possidenda, tanquam in sua sibi vita locetur, sed cum oportuerit amoveri, sine contradictione qualibet revocetur.

Textus in Trident. *Seff. 25. Cap. 2.*

Nemini igitur Regularium tam virorum, quam mulierum liceat bona immobilia, vel mobilia cuiuscunque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquisita, tanquam propria, aut etiam nomine Conventus, possidere, vel tenere: Sed statim ea superiori tradantur, Conventuique incorporentur. Nec deinceps liceat superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad usum fructum, vel usum, administrationem, vel commendam. Administratio autem bonorum monasteriorum, seu Conventuum ad solos eorundem ad nutum superiorum amobiles pertineat. Mobilium vero usum ita superiores permittant, ut eorum suppellex status paupertatis, quam professi sunt, conveniat. Nihilque superfluum in ea sit, nihil etiam, quod sit necessarium, eis denegetur. Quod si quis aliter quicquam tenere deprehensus, aut convictus fuerit, is biennio activa, & passiva voce privatus sit, atque etiam juxta sua Regula & Ordinis Constitutiones puniatur.

ORDO

ORDO SERVANDVS.

HX prædictis iuribus id imprimis colligere possumus, quod omnia monasterii bona omnibus debeant esse communia, eo tamen pacto, ut eorum administratio, & distributio ad solum Prælatum pertineat, id expressè ex prædictis verb. *dict.* Cap. Non dicatis, & ex illis sacrosancti Concil. Trident. *mobilium vero usum ita superiores permittant, &c.* apertè constat. Nec volent jura ita monasterii bona à Prælati administrari, ut ipsi per seipos illa dispenfent; nam illis permiffum est officiales creare, ac constituere, ita tamen ut ii fideles sint, & discreti, & administratio bonorum non sit illis in perpetuum commiffa, sed sint ad nutum amobiles, sic nempe, ut cum oportuerit amoveri possint, ut *dict.* Cap. Cum ad Monasterium, & *dict.* Cap. 2. Trid. *Administratio autem bonorum, &c.* decernitur.

Denique prædicta Jura Prælati modum præscribunt, qualiter sibi injunctum administrationis munus debeant exercere; nempe ut subditis necessaria provideant, superflua negent, ut in ultimis verbis Concil. cavetur. Præterea ut peculia Monachis non permittant, de quo in *dict.* Cap. *Monachi; & in Trident.* agitur.

§. Itaque nos in hac parte, primò de vita communi, & distributione à Prælati juxta Regulas vitæ communis faciendâ differemus.

§. Hinc de causis, quæ intervenire debent, ut hæc distributio sit justa, ubi de vitanda superfluitate ac de peculio Monachis non permittendo differemus.

§. Ac postremò de parcitate, quâ in bonis sibi à Prælato concessis Religiosi uti debent.

CAPVT I.

A Prælato faciendam esse omnium bonorum Monasterii dispensationem, vel ab Officialibus ab eo ad id deputatis.

tentur ab August. idè esse apposita, ne quis falsò sibi persuaderet, licere sibi proprâ auctoritate res communes Monasterii accipere, vel in alios dispensare. Et primum in eadem Reg. Cap. 13. dicitur: *obediatur Præbitero, qui omnium vestrum curam gerit.*

Idem Basilien. in sua Regula *interrogatione 87. & clarius interrogatione 9.* præscripsit, ubi inquit, si frater nudus petat ab alio vestem, quid hic facere debeat? & respondet, dicens: *Sive nudus, sive pravus, & sive ex necessitate, sive ex avaritia petat, semel dictum est, quod dare, aut accipere non cuiusvis est, sed ejus, cui cum probatione talis dispensatio commissa est.* Et quæst. 93. in simili proposito adducit illud Actuum Apostolorum, *distribuebatur unicuique &c.* Videndus quoque est hic magnus monachorum Pater *serm. 4. exercitatio- nis;* ubi idem repetit.

Benedict. quoque *Cap. 33. sua Regul. de Paupertate tractans,* docet, monachum nihil habere posse, sed omnia necessaria à Patre monasterii sperare debere. *Nec quicquam (ait) licet habere quod Abbas non dederit, aut permisit, sicut scriptum est dividebatur singulis prout cuiusvis opus erat.*

Consonat prædictis Patribus nostra Regula ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano tradita, qui *Cap. 8. de non habendo proprium* sic ait: *Nullus fratrum sibi proprium aliquid dicat, sed sint vobis omnia communia, & distribuatur unicuique per manum Prioris prout cuiusvis opus fuerit. &c.*

Illud tamen advertendum est, hos Patres, Augustinum, Benedictum, Basilium, & D. quoque Albertum hanc bonorum adn. inistracionem à monasterii Præposito faciendam esse, docere, ex illis verbis Actuum Apostolorum, *Cap. 5. Erant omnia illi communia, & distribuatur*

Pelagius Papa in *Epist. ad Opolonem* (de qua fit mentio in *Cap. nullam 18. quæst. 2.*) ita de auctoritate Abbatum, sive aliorum Superiorum Monachorum respicit, dum ait: *Ut decetero fideliter, & studiose universa, qua vel ad divini cultus reverentiam, vel ad utilitatem ejusdem Monasterii pertinent Abbatis sollicitudo (ad quem potestas tota pertinere convenit) debeat adimplere.* Circa quæ verba Panoritanus in *Cap. Dum Ecclesia Ulterana. Col. 4. de electione & in Cap. Cum ad Apostolicam, de Regularibus,* quem sequitur Felinus *Cap. quoniam de simonia, & alii apud Navarrum Commentar. 3. de Regularibus num. 4.* Imò communis sententia tenet totam potestatem gubernandi Monasterium, tam in spiritibus, quam in temporalibus ad Abbatem pertinere: Quamvis Auctores differant, an in omnibus solus ipse gubernet; an verò in aliquibus consensum Capituli requirere, & expectare debeat.

Præterea omnes fere Religionum Patres ac institutores bonorum Monasterii distributionem ad solos Prælatos pertinere decernunt: Patet imprimis ex Augustino in *Regul. Cap. 4. ibi, distribuatur unicuique à Præposito vestro.* Quæ nos consulto adjectimus *dict. Cap. Non dicatis.* Quæ August. verba omnes ejus Regul. Expositores faciunt. *Thom. à Jesu Oper. Tom. 1.*

Item ex SS. PP. ac Fildator. Regula.

unicuique sicut cuique opus erat. quasi hac forma conficientes argumentationem. In Ecclesia primitiva, ubi omnia bona Fidelibus erant communia, nihil sibi quisque usurpabat, sed tantum eorum licebat, quod distribuebatur ab alio, sicut unicuique opus erat, ideo enim adjectum est verbum distribuebatur, & non verbum accipiebant. Igitur idem servandum est in Communitate monastica, quæ instat huius instituta, ac ordinata est.

Ex Concil. Trid. & aliis. Expresse etiam id cavetur in Trid. Sess. 23. Cap. 2. illis verbis: *Mobilium verò usum ita superiores permittant, &c.* Imo ex toto Capite non obscure colligitur hanc bonorum administrationem apud solum Prælatum residere: & ex Concil. Cameracen. Cap. 11. & ex Mediolan. post Trident. celebratis parte 3. tit. de communi vita usu, clarè docetur.

Ex quo fit manifeste, subditorum neminem posse propria autoritate res monasterii sibi accipere, aliis donare, sive quovis alio modo administrare, ut sapius in superioribus diximus. Cuius ea est ratio. Quia cum administratio sit actus domini superiori iure ordinario competens, & monacho singulariter non sit commissa, neque à jure, neque à Prælato, ab eo exerceri minimè potest sine vitio proprietatis. Præterea quia si quisquam propria autoritate posset monasterii bona dispensare, cum omnes naturaliter proclives sint ad utendum rebus melioribus, ampliorique suppellectili, inde rixæ, & contentiones in monasteriis quamplurimæ excitarentur, nec facile esset etiam inter perfectos debitam mensuram etiam pro necessariis præscribere. Nam supposita naturæ corruptione plures à nobis necessitates finguntur, & sic plura quam necessaria forent, Communitatis bona à monachis acciperentur.

Quare cito monasterii bona perirent, vel omnes superflua possiderent. Et quod deterius est sollicitudo temporalis, quam paupertatis professione rejecimus, altius quam in sæculo mentibus nostris infigeretur. Quæ omnia à ratione vitæ monasticæ valde aliena sunt, & ob id bonorum dispensatio non monachis, sed soli Prælato demandata est.

Ita tamen hanc bonorum dispensationem à solo Prælato fieri dicimus, ut ab ipso per seipsum, vel ab Officialibus ab eodem ad idem deputatis administrari debeat, ut patet ex dicto capite *Cum ad monasterium*, ibi: *Tales autem ad agenda monasterii officia deputentur, qui fideles fuerint, & discreti.* Et ibi: *non presumat illud accipere, sed Abbat, vel Prior, vel cellario assignetur.* Et expresse ex Trident. dum ait: *Administratio autem bonorum Monasteriorum, seu Conventuum ad Officiales eorumdem, ad nutum Superiorum amovibiles pertineat.* Estque communis Religionum praxis à Fundatoribus constituta: ut patet ex Benedicto Capite 31. & apud Augustinum Capite 16. apud Basilium interrog. 149. & apud Albertum in nostra regula prædicto Capite, ut ibi etiam annotavimus in illius Capituli Expositione.

Horum verò Officialium iurisdicção, sive potestas mensuranda est ex variis Religionum Constitutionibus, aut Consuetudinibus. Et cum eorum facultas à Prælato voluntate dependeat, dicenda erit major vel minor eorum iurisdicção secundum quod Superior majorum vel mino-

rum iurisdicçãoem ac potestatem promiserit. Quod autem hæc potestas regulanda sit omnino ex voluntate Prælati, præcipiant Divus Benedictus in sua Reg. ubi de Cellario loquens ait: *Curam gerat de omnibus, & sine iussione Abbatis nihil faciat.* Et infra: *omnia mensurata faciat secundum iussione Abbatis.* Et iterum: *A quibus enim prohibueris, non presumat.* Hæc Benedictus. Et Basilii de Cellario loquens interrog. 149. talem potestatem eum habere sentit, qualem ei dederit, qui talem curam commisit: nempe Præfectus.

Et ratione ipsa monstratur. Quia Prælatus administrationem, & gubernationem habet monasterii, & subditus solum ex commissione & delegatione; hinc fit, quod ad plura se extendere non possit, quam ei sit permissum, & subdelegatum.

Quid vero debeat Prælatus in eligendis ministris observare, quid vero ipsi, ut in iuncto sibi muneri satisfaciant, teneantur præstare, latius scriptum in Cap. 8. nostræ Regul. in illa verbis: *Et distribuat unicuique*, dub. 1. attingemusque infra breviter. Illud tamen oportet hic annotare, hos officiales à Prælato designatos non debere esse perpetuos, sed quemadmodum ad nutum superioris constituuntur, ita pro epi arbitrio amoveri, & absolvi ab officiis possunt, ut statuitur dict. Cap. 2. Concil. Trid. ibi: *Administratio autem bonorum monasterii ad solos officiales eorumdem ad nutum superiorum amovibiles pertineat.* Quod antea decretum erat in dict. Cap. Cum ad monast. ibi: *nec alicui committatur aliqua obedientia perpetuo possidenda, tanquam in sua sibi vita locetur, sed cum oportuerit amoveri sine contradictione qualibet revocetur.* Quod intelligendum est, ut ibid. notat Glossa verb. *perpetuo*, de officialibus illis qui canonicè non eliguntur. Quare Proprior, vel Supprior, sive Sacrista in Religionibus in quibus canonicè eliguntur, non possunt (sicut nec constitui) amoveri ad nutum Prælatorum, ut colligit ibi Glossa verb. *amoveri*, & in Cap. monachi verb. *non movetur, de statu monachorum*, nisi rationabili, & iusta interveniente causa, ut dicit Glossa animadvertunt.

Addo denique Prælatum ex vi huius administrationis teneri subditis necessaria administrare. Ita præcipit Trident. Synodus. dicto Cap. 2. ibi: *Nihil quod sit necessarium eis denegetur.* Et post eam id confirmatum est à Concil. Cameracen. ut sup. Cap. 11. ubi strictè præcipitur ut Prælati omnibus necessaria tribuant; Imo omnes Patres Religionumque institutores, ut initio huius Cap. diximus, hoc onus distribuendi subditis necessaria Prælatis imponunt. Et præcipit Benedictus. Cap. 55. sua Reg. hoc Abbatibus commendavit, dum ait: *Ut hoc vitium peculare radicibus amputetur, dentur ab Abbate omnia, quæ sunt necessaria, id est cuculla, tunica, pedules, caligæ, bracte, scutellus, graphium, acus, mappula, tabule, ut omnia auferatur necessitati excusatio, à quo ramentum Abbat semper consideretur illa sententia Actuum Apostol. Quia dabitur singulis prout cuique opus erat. Quare Basilii in quæst. compendio explicatis quæst. 150. negligentiam Prælatorum hoc modo exaggerat: *Si verò negligens, inquit, non det fratribus necessaria? Resp. Hoc iudicium manifestum est ex verbis Domini, qui dixit: Abite vos in ignem æternum; Esurivi enim, & non dedistis mihi edere, sitiivi, & non dedistis mihi potum, &c.* Et infra: *Maledictus homo, qui facit opus DEI negligenter.**

D, Gre-

Confirmatur ratione.

D. Gregorius in *Pastoralis*, parte 2. Cap. 7. de hac cura circa administrationem temporalium agens ait: *Sic itaque Pastores erga interiora studia subditorum seruiant: quatenus in eis quoque exteriorum vita providentiam non relinquunt. Nam quasi iure, ut diximus, à percipienda doctrina gregii animus frangitur, si cura exterioris subsidij à Pastore negligatur.* Quare D. Hieronymus in *Epist. ad Eustochium* maxime commendat antiquorum Abbatum circa suos subditos curam: Nam illorum indigentiam prævenientes necessaria porrigebant. Inquit enim in hæc verba: *Non licet dicere cuiquam, tunicam, & saccum non habeo, ille (nempe Prælati) ita universa moderatur, ut quid postulet nemo habeat.*

Ratione manifesta probatur, quia tam jus Canonicum, quam Patres *supra* citati hanc administrationem temporalium Prælati committunt, non in suum commodum, sed potius in subditorum utilitatem, ut cuique quod opus sit illi tribuant; ut hac ratione omnino tollatur proprietatis occasio, ut optime notavit Benedictus dicto Cap. 55. & August. Cap. 16. *sua Regul.* dam inquit: *Omnibus quantumcumque de minima paupertate venerit providendum est de Communitate, ne aliquis occasionem habeat habende proprietatis.* Deinde ut omnibus auferatur necessitatis excusatio, id est, ne necessitatis velamine à proprio munere exequendo monachi excusentur, ut idem SS. Pater Benedictus docuit. Ac denique, ut omnis sollicitudo in procurandis rebus terrenis à monachis auferatur. Consulendus est Cardinalis Turresemerata in *Reg. D. Benedicti* tit. 69. ubi plura incommoda adjecit, quæ sequuntur quando Prælati subditis necessaria non tribuunt.

CAPVT II.

Monasterii bona ita à Prælati esse dispensanda, ut communis vitæ ratio fervetur.

Hæc Prælatorum dispensatio qualiter fieri debeat, Religionum Patres præscribunt. Imprimis enim aduertunt, hanc distributionem fieri debere inspectis necessitatibus singulorum ita ut regula, & mensura distributionis majoris vel minoris sit major vel minor indigentia subditorum. Et hoc est quod voluit Trident. dicto Cap. 2. ibi: *Nihilque, quod necessarium fuerit eis, denegetur.* Clarius tamen August. in *sua Reg. Cap. 3.* expressit, dicens, *Distribuantur unicuique à Præposito vestro victus & tegumentum, non equaliter omnibus, quia non equaliter omnes valetis, sed potius unicuique sicut opus est.* D. Benedictus, Cap. 34. *sua Reg.* Sicut scriptum est, dividebatur singulis, prout cuique opus erat, ubi non dicimus, ut personarum, quod absit, acceptio sit, sed infirmitatum consideratio, ubi qui minus indiget, agat DEO gratias, & non contristet: qui vero plus indiget, humilietur pro infirmitate, & non extollatur pro misericordia, & ita omnia membra erunt in pace. Hactenus Benedictus. Quorum Patrum vestigia infecutus D. Albertus Patriarcha Hierosolymitanus Cap. 8. *nostra Reg.* ita scripsit, & distribuatur unicuique per manus Prioris &c. prout cuique opus fuerit, inspectis aetatibus, & necessitatibus singulorum.

Thom: à Jesu Oper. Tom. I.

Ex hac igitur distributionis forma, inducta est in Religionibus vitæ communis ratio, quæ in eo potissimum consistit, ut nullus quicumque ut proprium sibi vendiceret, sed omnia omnibus communia sint, ita ut distribuatur à superioribus, inspectis aetatibus & necessitatibus singulorum; Ob id enim in primitiva Ecclesia omnia bona erant communia, quia nullus proprium aliquid sibi esse dicebat, sed omnia omnibus in communi, prout cuique opus erat, administrabantur. Ex qua priorum Christianorum vitæ formula emanavit in Religionibus hæc vitæ communis ratio, ut testatur tempore D. Augustinus, Basiliius, Benedictus, in institutis à se traditis. Quare in Religione tunc omnia esse dicuntur communia, quando una mensa, unus cibus, eadem vestes, habitatio eadem & suppellex, ac denique omnia, quæ ad victum, & vestitum pertinent, æqualiter omnibus distribuuntur. Nam, ut rectè August. *serm. 25. de verb. Apostoli,* tractans illa verba Act. Apost. 4. *Erant illis omnia communia &c.* ait: *Sed iure fraternitatis erant illis omnia communia, scilicet ut qui eodem consortio religionis tenebantur, eodem consortio fruenterent & vitæ; hoc est, ut quibus erat una fides, esset una substantia, & quibus erat communis Christus, esset & sumptus.* Hæc Augustinus, qui tanto perie hujus vitæ communis studiosus fuit, ut viginti locis *sua Reg.* quæ annotantur à Gersono *prima parte libelli de proprietate*, hanc communem, & angelicam vitam commendaverit.

D. Chrysostomus Hom. 58. ad populum Antiochenum de monachis sui seculi scribens, sic ait: *una mensa, unum ministerium, suscipientibus, & exhibentibus, eadem sercula, eadem indumenta, habitacula eadem, eadem vita. Non est ibi meum actuum: sed hoc verbum penitus eliminatum est, multorum causa malorum.* Fuisseque hanc vitæ communis rationem olim maxime in usu docet Nicephorus Calixt. lib. 14. *Hist. Eccles. Cap. 50.* Simul inquit, *in eisdem adibus vivunt, re nulla, qua homines in terram reprimat, distracti; apud hos neque aurum est, neque quodpiam aliud metallum. Sed neque vestis alicujus propria; quod namque hodie pallium, aut humerale hic fert, eo cras alium indutum conspicias, adeo ut unus vestem, unam omnium, & rursus omnium unius esse putes. Omnibus autem communis proponitur mensa.*

In quorum Patrum testimoniis id licet considerare, omnes vitæ communis formam ad hæc duo reducere. Primum ad carendum proprio: deinde ut omnia ita sint communia, ut eorum distributio fiat attenda subditorum necessitate. Quod maxime commendat Concil. Trident. dicto Cap. 2. cujus hanc esse mentem optime docuit Concil. Mediolanens. parte 3. tit. de communi vitæ usu, inquit: *In omnibus monasteriis quo ad cibum, potum, somnum, vestitum, cæterasque res attinet, omnes communiter vivant: ut S. Concil. Trid. decretum est. Nec quidquam inter eas differat (loquitur enim de monialibus) aut aliis aliis præferatur, aut posthabeatur, quemadmodum votum paupertatis postulat. Notanda sunt hæc posteriora verba, quemadmodum votum paupertatis postulat. quibus clare insinuat ad votum paupertatis spectare accuratam hujus vitæ communis observantiam. In quo etiam sensu Concil. Cameracens. tit. de monachis Cap. 9. & 10. interpretatur, S. Concil. Trident. dicens: *Cum sacrosanctis**

lii 2

Synodus

Vita communis ratio in quo consistat.

IESU
Spirit.
II

em promiserit
da sit omnino
Divus Benedi
quens ait: Ca
one Abbatu
faciat servand
quibus enim
videtur. Et
48. talen
ei dedit,
de Præfatus
a Prælati ad
em habet mo
millione de
tra se excedent
& subdelega
eligendi
injunctio
tractare, la
il. in illa
tingentibus
hic annotat,
s non debet
um ad
eius subdit
sunt, ut
Amministrati
ficiales utrum
riment. Quod
Cum ad mo
qua obedi
lii vna locat
admittit
m est, ut
alibus illi
toprior, v
pus in quib
icet nec
um, ut colli
Cap. monachi
ram, nullo
la, ut dicit
jus admitt
Inmittit
Cap. 2. ibi
Episcopum
et accit, ut
Prælati om
nes Patres
hujus Cap
nis necesse
E. Benedi
mendivi,
citas am
necessaria
acile, sicut
e omni
misen Abbat
m Apostoli
erat. Quare
quasi: so
lo exagge
tribus v
s est ex ver
aterum;
sunt, &
Maladiv
D. Ge

Synodus Tridentina præcepit ea, que ad communem vitam, victum, & vestitum pertinent, fideliter observari: mandat hæc Synodus omnibus Religiosis, ut diligentissime paupertatis votum, tanquam insubilius cuspidam, & dulcissima quietis causam custodiant: neque proprietatis vitio violent. Caveant igitur ne quid sibi ita retineant, vel retinere desiderent, ut Communitati nolint esse commune, nevé ad peculiare usus eo utantur sine superioris consensu.

Ex quibus facillè colligitur interpretatio illorum verborum, quæ in initio C. Non dicatis, habentur; Non dicatis vobis aliquid proprium, sed sint vobis omnia communia, & distribuatur unicuique &c. Quorum verus sensus est, bona monasterii nulli esse propria, omnibus autem ita communia, ut usibus, & necessitatibus eorum secundum uniuersosque indigentiam à Prælato concedantur. Quare communia bona sunt illa, quæ exposita sunt, ut liberè ea Superior administraret in usus necessarios subditorum.

Quare verò tan operè hæc distributio, siue communis vita à Patribus commendetur, rationem reddere oportet. D. Basilus Serm. 5. exortationis eam causam aduenit, ut hanc communem vitam introductam existimet ob Religiosorum pacem, & unitatem: Cum igitur, ait, plures ad eundem scopum respicientes communem inter se vitam susceperint, oportet hoc præ omnibus in ipsis obtineri, ut unum in omnibus sit cor, & voluntas una & desiderium unum, & quemadmodum Apostolus sancit, ut unum corpus fiat ex diversis membris copriatus totus ille Congregationis acervus. Hoc autem aliter fieri non potest, nisi illud obtinuerit, quod non designetur nominatim alicui, neque vestimentum, neque vas, neque aliud quod ex his, quæ ad communem vitam conducunt, quo singula ex his usus fuit necessarius, & non possidentur. Hæc Basilus, cui consonat Benedictus ubi supra qui etiam ex vitæ communis observantia pacem in Religione causari docet. Quam etiam ad ineffabilem, & dulcissimam quietem custodiendam iuvare ex Concil. Cameracens. probavimus. Nec dissentit Chrysostomus, in Apologia vitæ monastica; in qua, dum conversationem hanc cœlestem commendat, ejusque gaudia, quietem, & gloriam, aliaque commoda recenset, statim subjicit hoc provenire, quia inde duo illa, quæ omnia pervertunt & perturbant, nempe & tuum penitus eliminata sunt. Cuncta quippe illius communia sunt, mensa, domus, indumentum, & quod sanè mirabile est, unum etiam idemque animus est. Hæc Chrysostomus.

Atque adeo hæc bonorum distributio in Religionibus ab earum Institutioibus introducta est, ne monachis ulla detur proprietatis occasio (ut supra ex Concil. Mediolan. adducebamus) quia cum se communibus monasterii auxiliis destitutos conspiciunt, proprium victum, suppellectilem, vestitum, ac alia quæerere compelluntur. Et ob prædictam causam Concil. & præcipue Trident. & Religionum Patres, ut Augustinus & Basilus adducti in fine C. præcedentis tanto studio, ac diligentia vitam communem in suis monasteriis observari voluerunt, ferè impossibile arbitantes sine hac paupertatis votum diu posse consistere. Tum etiam ut à Religiosis omnis sollicitudo, ac rerum temporalium cura penitus recedat. In hæc

enim cœlesti Religionis philosophia exercitæ tenentur occupationes maxime impediunt, ita ut recedat à Gregorio 12. Moral. Cap. 22. illud dictum sit: Cura multiplex terrenarum rerum, quia occupat, excitat: nam ut terrena omnia sunt corpora, & crassa, sic animus in his tractandis occupatus fit crassior, & concretior, ex quo illud provenire necesse est, ut ea curarum mole impeditus ad cœlestia contemplanda nequaquam possit ascendere. De quo bene idem Gregor. 5. Moral. Cap. 8. Nequaquam, inquit, mens ad sapientiam extollitur, si curarum tumultibus continè occupetur.

Uberius autem quantum hæc sollicitudines rerum temporalium spirituales monachorum profectum impediunt dicitur D. Thom. 2. 2. quæst. 186. art. 6. de quo hujus vitæ communis laudibus aliqua in Commentariis nostræ Regul. dicto Cap. 8. tradidimus. Ex quibus fit, eam esse laudabilem vitæ religiose consuetudinem, quæ vestes lineæ, & pelliceæ, aut coarsioris generis in communi quodam loco servantur, indeque singulis septimanis, mensibus, vel annis in ususque usum distribuuntur. Quarum cura aliquibus demandata est, ut nempe illas mendent, custodiant, renouent, resarciant. In qua nemo præter eas, quæ quotidiano uti sunt necessariæ, vestes apud se detinet, in qua nullus, nisi conficior, & annuente Superiore dona sibi missa, vel accipit, vel usus suo applicat, nullus penes se pecuniam asservet, excepto eo, cui bonorum communium administratio, & cura imponitur. Nullus etiam in annum habet in sua cella aliquid amplius ex vestimentis, libris, aut suppellectili, quam fuerit ad suum usum à superiore concessum. Ubi denique est communis omnium victus, mensa, vestitus, in communi aliquo loco solitus asservari, ex quibus monachorum omnium necessitatibus subveniuntur.

His prænotatis eam licet conclusionem elicere; Prælatum moraliter peccare, qui non curat, ut communis vitæ ratio in monasterio servetur. Idem est iudicium de eo, qui communem vitam jam laxatam, quantum in se est, ad præstinam observantiam non conatur redire, quin etiam ipsi subditi, qui Prælati vitam communem restaurare volentibus contradicunt, eadem culpa mulentur. Ita expresse docuerunt D. Antoninus 3. parte tit. 16. Cap. 1. §. 11. in fine. Sylvest. verb. Religio. 6. num. 7. idque ob hæc rationes.

Primo; quia contrariantur ipso factò decretis Concil. & Patrum, à quibus vitæ hujus observantia distinctè præcipitur, maxime verò à Sacrosancta Trident. Synodo Cap. 2. & præsertim Cap. 1. Sess. 25. in quo decernitur monasteria à Superioribus quo ad observantiam integritatem instaurari, & pristino statui reddi debere, idque potissimum quo ad ea, quæ ad communem in vitam, & vestitu vitam pertinere videntur, multoque magis disciplinam debere in suo vigore conservari à Prælati eorum locorum in quibus vige. Hinc liquido patet tam non instaurantes collapsam, quam stantem labi permittentes graviter delinquere.

Secundo, quia ubi communis vita non observatur, monachi variis animæ suæ periculis citra transgressionem voti paupertatis exponuntur.

Tertio;

Tertio ; quia communis vitæ observantiam Prælati in re gravi negligentes , contraveniunt justitiæ legali , quæ ex suo officio tenentur bono communi consulere . Insuper dispensatione sibi commissa abutuntur , & peccant contra fidelitatem , & sæpe contra justitiam distributivam . Ideo etiam illos subditos graviter peccare dixi , qui nolunt reformationi vitæ communis acquiescere , nempe propter grave damnum emergens ex eorum contradictione , ut prædicti Authores fatentur . Deinde quia Prælati iusta præceptentibus tenentur obedire , nisi forte aperte ipsis constaret fieri non posse talem reformationem sine gravi , & notabili scandalo , ut infra dicam .

CAPVT III.

Sitne securus eorum Monachorum ,
sive Canonicorum Regularium
status , qui in communi
non vivunt .

Sententia Navarr. NAVARRUS in morali Theologia peritissimè late hanc difficultatem tractavit , maxime *Comment. 3. de Regular. num. 25.* ubi querit , an securus sit ille status Ecclesiarum Canonicorum Regularium , sive Monachorum , in quibus certa portio panis , vini , & reliquorum necessarium pro victu , & certa quantitas pecuniæ pro vestitu Religiosis distribuitur , sive sit per portiones quotidianas , sive mensuales , sive annuas , ita quod nihil ultra teneantur eis Ecclesiæ , vel monasteria distribuere , neque ipsi è contra teneantur eis residua reddere , sed suo commodo , vel damno illa administrent , eà tantum conditione adjectâ , ut nihil in profanos , aut illicitos usus impendant , sed potius residua in usus pios convertant .

In hac controversia omittis plurimis argumentis , quæ pro utraque parte adducit Navarrus . *ubi supra num. 8.* cum sequent. & etiam *num. 25.* nos breviter pro resolutione hanc distinctionem præmittimus . Aut enim sermo duplex est de illis monasteriis , aut Ordinibus , quæ ab initio suæ foundationis hanc vitam communem servarunt ; & ii rursim in duplici sunt differentia . Nam alii ex his Ordinibus inveteratam habent non vivendi communiter consuetudinem multis retro annis in ipsis receptam & radicatam . In aliis vero non pridem talis vitæ communis relaxatio orta est , sive ipsa recens est , ut facillè extirpari , reformarique possit .

Sententia Authoris. Primum igitur existimo (idque indubitatum esse debet apud omnes) illos Ordines , qui in sua primæva institutione communem vitam suis professoribus non imposuerunt , non tenentur ad observantiam ejus . Id expresse constat , quia cum hæc vitæ communis observatio non sit de essentia paupertatis , ac præterea in hoc Ordine proficentes ad ejus observantiam ab initio non fuerint adstricti , non est à quo ad hujus communis vitæ observantiam obligari possint .

Secundo existimo in ea Religione , in qua floret vitæ communis observantia , non posse hanc relaxationem sine gravi culpa , tam ex parte

Prælati , quàm ex parte subditorum tolerari . Hoc dictum patet ex his , quæ in fine præcedentis capituli tradidimus , id etiam docet Divus Antoninus 3. *parte tit. 16. Cap. 1. §. 11.* Sylvest. *verb. Religio 6. num. 7.* Navarr. sæpe dictis locis , maxime *Comment. 3. de Regular. num. 32.* Et ratio est evidens , quia Concil. Trid. expresse prohibet hanc administrationem bonorum fieri ab alio , quàm à Prælati , sive ab Officialibus à se deputatis , non vero ab ipsis Religiosis , quia omnia vult administrari in communi , & deinde monasteriis , quæ à vita communi recesserunt , præcipit ad eandem reduci . Non ergo licebit vitam communem usû receptam si præ gravi peccato relaxare , aut noviter relaxatam (si sine magno scandalo fieri potest) non reducere ad pristinum reformationis statum . Maxime vero procedit hoc dictum si loquamur de relaxatione , quæ pervenit usque ad portiones privilegiatas , quia hoc manifestè pugnat cum Trid. decreto , ut infra videbimus .

Tertio existimo etiam in illis Religionibus , in quibus jam antea multis retro annis usû receptus est vivendi modus , per portiones singulariter designatas , aut alia ratione , quæ vitæ communi deroget , etiam si (humano more loquendo) impossibilis sit vitæ communis antea restitutio , periculosissimus sit ille status ; primo , quia quamvis pro ejus defensione multæ adducantur rationes , post Concilium Tridentinum ferè nullæ sunt efficaces , quæ talem statum tueri possint . Quare , cum Navarrus esset de numero horum Canonicorum , volueritque eorum partes defendere , vix ipse , vitæ alias eruditissimus , firmum fundamentum invenit præter scandalum , quod sequi posset ex hujusmodi reformatione . Tum secundo hic status periculosus censetur , quia antiam præbet introductioni proprietatis , & aliorum damnorum , de quibus *Capite secundo* diximus . Ac demum sola speculatione percipitur debere subditum ex vi voti paupertatis esse paratum omnia ponere in manibus Superiorum , ut ipsi tanquam de bonis monasterii disponant : ac proinde esse promptum obedire legitime reformationi , si fiat circa vitam communem , & ex alia parte non posse hunc statum sine scandalo subditorum reformari . Quare casus videtur metaphisicus & eorum status parum securus . Dixi post *decisionem Tridentinam* , vix posse hunc Monachorum statum defendi , quia ante Concil. solo communi jure attentio , licitus erat , ut ex communi sententia resolvunt Corduba , *quest. 54. §. 11. per tanto.* Et Navarrus *dicto Comment. 3. n. 27.* Et alibi sæpe .

Quarto existimo adhuc stante decisione Trident. tam ea , quæ in *primo Capite , sessione 25. de reformatione* cavetur , ut Prælati teneantur monasticam disciplinam quoad communem vitam in victu , & vestitu collapsam reparare , ac reformare , quam ea , quæ in *secundo Capite* statuitur , ut à Prælati , vel ab eorum Officialibus bona stabilia pro necessitate subditorum dividantur ; adhuc inquam hæc decisione stante salvari posse hunc statum in illis Religionibus , in quibus longa consuetudine introductum est , ut singuli his portionibus & forma illa dicta in principio hujus capituli vivant , dummodo talis consuetudo sine notabili scandalo reformari

Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

LESU
Spirit.
II



non possit, nec reduci ad terminos vitæ communi. Hanc sententiam acriter defendit Navarr. ubi supra num. 25.

Sex sunt Additæ tamen Navarrus sex conditiones ab observantia huiusmodi Regularibus servandas, ut prædictas vivendi status honestus, securusque sit. *Prima*, ut ea quæ ipsis traduntur, dentur securitate ad usus necessarios, vel pios, & ut nullatenus ea, ut propria, possideant; *secunda*, ut servent statuta, vel mandata suorum Superiorum, quæ disponunt quali er debeat à subditis fieri dispensatio horum bonorum; *tertia*, ut non dispensent in usus profanos. *Quarta*, ut Prælati saltem taci è consentiant huic modo vivendi. Nam si contradicant, evidenter peccant subditi, dispensantes aliquid sine eorum licentia. *Quinta*, ut prædicta licentia tacita, vel expressa, sit iusta de causa concessa. *Sexta*, ut non contradicant reformationi legitime auctoritate legitima faciendæ, si quando ea fieri speratur. Quibus conditionibus alia potissima addi debet: ut subditi sint parati, quæ sibi conceduntur requiruntibus Prælati in manibus ipsorum resignare, vel ea solum habere, dum Prælati licentiam talem non revocet.

Alia conditio necessaria observanda.

His adjectis conditionibus, hæc sententia probatur primo. Qui tali modo possidere nec est habere jus, nec dominium, nec alicujus rei possessionem, sed tantum usum, vel usum fructum, & administrationem rei durante voluntate ipsius Prælati, quod verè non est contra rationem voti pauperum.

Hæc ratio utitur Corduba circa hoc propositum in summa ubi supra & Navarr. ubi supra num. 25. & aliis pluribus locis. Quam rationem firmam existimo, si attento jure communi loquamur, in quo casu loquitur Corduba. nam stante decisione Concilii Tridentini, nihil probat, ut supra vidimus. Quare probatur secundo, & hoc est potissimum hujus sententiæ fundamentum; quia ubi introductus est hic vivendi modus, non potest tolli sine magno scandalo. Id enim est quod in conclusione supponimus. Quapropter tacite videtur approbatus non solum à Superioribus, sed etiam à summo Pontifice. Hoc fundamento motus Navarr. ubi supra num. 25. tenet hanc sententiam. Tertio, facit pro hac sententia, quod plurimæ sint Ecclesiæ illustres & amplissimæ in Hispania, in quibus ejusmodi status servatur, quales sunt metropol. Cæsar-augustana, Cathedralis Pampilonensis, & aliarum, in quibus, ut ait Navarr. num. 25. à tempore immemoriali sic vivitur, & in quibus vixerunt plures doctissimi, & vitæ sanctitate integerrimi viri.

Contra hanc vero sententiam pugnare videtur dictum Cap. 1. Tridentini, ubi præcipitur, ut in monasteriis vitæ communis observatio à Prælati restitatur. Et deinde Cap. 2. tradit statum vitæ communis, ad quem pertinet, ut Prælati omnia dispenset per se vel per Officiales amobiles, ac deinde, ut nulli monachorum, nisi Officialis sit administratio committatur. Quæ omnia repugnant prædictæ sententiæ. Nam imprimis in ea non reformatur vitæ communis sed potius collapsa perseverat; deinde non assignantur Officiales determinati, qui bona monasterii in communi administrarent, sed quilibet Religiosus est administrator bonorum sibi concessorum.

bet Religiosus est administrator bonorum sibi concessorum.

Respondet decretum Concilii, verè contrarium esse prædicto statui, ut tandem Navarrus num. 34. compellitur fateri, quia Concilium expresse voluit vitam communem in monasteriis servari. Tamen, ut ipse Navarr. ait, quia iste modus vivendi non est contra legem naturalem, neque divinam: imò neque contra jus commune, si ex alia parte scandalum ex ejus reformatione sequitur, potius est tolerandus. In nostro vero casu loquimur quando reformatio vitæ communis more humano est impossibilis, quin grave scandalum oriatur.

Ex quibus sit hunc statum esse periculosissimum pluribus ex causis supra dictis. Cujus periculum ex parte tolleretur, si privilegio aliquo summi Pontificis, in quo Tridentino derogetur, protegatur. Deinde, ut semper parati sint Monachi ad reformationem acceptandam, & ad illa quæ quisque possidet in voluntate Prælati requisiti renuntiandam.

Sed dices: si quilibet debet esse paratus ad reformationem acceptandam, vel ad renuntiandum eis, quæ habet ad usum in manibus Prælati, quæ ratione ita impossibilis judicatur reformatio, ut non possit fieri sine magno scandalo?

Resp. omnes paratos esse debere ad reformationem prædictam acceptandam, & insuper ad omnia, quæ habent ad usum, in manibus Prælatorum resignanda: non tamen omnes parati sunt, quia non omnes paupertatis amatores existunt, sed complures inveniuntur, qui plures excusationes suis proprietatibus opponunt, & ita reformationi contradicunt, quibus alii simpliciores adherent, & ita si reformatio intendereur, sepe magna pars Communitatis turbaretur, & in deteriora peccata rueret, & ob id judicatur impossibilis reformatio.

CAPUT IV.

Quæ causa dicenda sit necessaria & iusta, ut Prælati aliqua monasterii bona ad usum subditis concedat.

AD vitæ communis rationem spectare diximus, ut Prælati subditis ex bonis Communitatis pro uniuscujusque indigentia necessaria distribuant. Nunc restat aperire quid nomine necessitatis intelligatur, ut sic facile sit Prælati percipere, in quos usus possint monasterii bona subditis dispensare.

Conclusio: Iusta, & necessaria causa illa dicitur, non solum quæ est de necessitate status, ita ut sine illa non possit consistere, quæ dicitur necessitas simpliciter, sed & illa dicitur necessitas, sine qua res non potest decenter, aut convenienter esse. Quare in Religione necessitas, de qua loquimur, attenditur secundum convenientiam status, ita ut illud possit in hoc sensu dici necessarium monachis, quod non excedit eorum professionis statum. Et hoc est quod voluit Tridentini, illis verbis. Cap. 2. Mobilium viri usum ita superiores permittant, ut eorum suppellex statui

Causa rationabilis duplex est, scilicet utilitas & necessitas. Utilitas tum sum duplex est, scilicet privata, & communis. Privata, ut cum conceditur Religioso liber aliquis vel ad discendum, vel ad formandum animum suum ad salutem. Communis verò, cum talis usus conceditur illi, qui suo studio alius possit proficere. Similiter necessitas est duplex, Privata, ut cum in monasterio paupere, in quo non possunt haberi necessaria ad victum, conceditur moniali; ut aliquid pro victu, vestitu, & aliis sibi necessariis habeat. Necessitas verò communis est, ut cum conceditur alicui Officiali, quid expendendum in usus communes, hujusmodi necessitates, vel utilitates ex mente D. Antonini, Sylvest. verb. Religio 6. num. 7. Navarr. Comment. 2. de Regul. num. 24. sunt sufficiens causa, ut Prælati hęc dipenlet sine detrimento voti paupertatis.

Quid in his animadvertendum.
 Est tamen advertendum primo quod quamvis hi tituli sufficientes sint ad quameunque distributionem honestandam, non tamen quoties hæ causæ se obtulerint, eæ concessiones à Prælatis sunt faciendæ, sed tantum quando hujusmodi necessitates, aut utilitates aliquantulum urgent. Si enim quacunque rationabili occasione existente dispensationes eæ facile admitterentur, non levis esset Religiosis jactura. Pro quo memorie mandandam Antonini sententiam proferam; is enim loco citato sic ait: *Et quamvis hujusmodi necessitates, vel utilitates sint sufficienter causa dispensandi, non tamen omnes sed solum quæ sunt valde rationabiles, & evidentes fieri debent dispensationes, ut in necessitatibus quotidianis victus vel vestitus, & in utilitatibus circa pertinentia ad salutem animæ. Et est valde notandum, ne in his facilliter dispensetur, tum propter sequelam exempli, tum propter speciem mali. Et idem affirmat Torrecremata in Reg. D. Benedicti 11. 96.*

Secundo advertendum est, hanc quoque dispensationem præsertim in Religiosis reformatis, intra vitæ communis & æqualis limites fieri debere: quocirca Prælatis, qui illos præterirent, relaxationi facili negotio viam panderent: In quo autem communis vitæ istius perfectæ ratio consistat, dilucidè latis ex Concilio Patrum mente in nostris Constitutionibus. C. de vita communi, & equali declaratur hisce verbis: *Quia communis vitæ fundamentum est paupertatis, & vinculum regularis observantia, Prælatis omnibus severè, atque precipimus, ne suis subditis quidquam denegent, ex iis, quæ ad victum, & vestitum, libros, medicinas, aut aliquid quodcumque necessarium spectant: sed de his omnibus illi sufficienter secundum nostram paupertatis statum diligenter provideant, atque, ut veri Patres, si quid eis desit, inquirent, statuisque ut in unaquaque domo sint officina communis librorum, vestium, & aliorum, quibus deputentur proprii Officiales, & ex his officinis omnia tam tempore salutis, quam infirmitatis, tam in Conventu, quam in itinere Religiosis omnibus, atque Fratibus donatis, inspectum eorum necessitatibus, & ætatibus providea-*

tur, sub pœna suspensionis ab officio Prælatis in hoc negligentiis. Volumus deinde, ut hæc vita communis perfecte observetur ab omnibus, tam à Patre Generali, & Prælatis quibuslibet, quam subditis, tam fratribus, quam monialibus: nec alicui liceat aliquid peculiare habere, aut aliter, quam in communi vivere sub pœna pro qualitate culpe infligenda.

Hæc igitur communis vitæ æqualis debet esse in omnibus: æqualem vitam appellamus, quando omnes utriusque sexus Religiosi, & Prælatis æque ut subditi, uno cibo, una mensa, eadem veste, eadem habitatione, & denique omnibus aliis ad victum & vestitum pertinentibus ceterisque rebus ad regularem disciplinam spectantibus æqualiter gaudent, aut utantur; ita ut sine ullo discrimine essent, in præcepto tantum, ut Reg. præcipit, necessitatibus, sine ulla acceptatione personarum inter Prælatum, & subditum, si uterque æque valeat aut ægrotet, eadem omnino mensura idemque modus servetur, ut sic tan in capite, quam in membris regularis disciplina resplendat. Et cum in hoc potissimum consistat nostræ professionis regularis observantia, nihilque magis probono paci, aut religionis expediat, omni cura & diligentia (ut S. Synodus Trident. præcipit) à superioribus adhibenda est, tam in Capitulis generalibus, & Provincialibus, quam in omnibus visitationibus, ut ab hac communis vitæ non recedatur, cum sine illa, quæ ad substantiam regularis vitæ pertinet, vix conservari queant.

Hæc communis vitæ perfectæ observantiæ clavis est, & fundamentum vitæ religiose, magnaque in terris felicitas, ut probat Basilus in Constitut. monast. Cap. 9. Perfectissimam, inquit, ego illam vitæ communionem appello, à qua omnis propria, & privata cujuslibet rei possessio exclusa est, à qua omnis abest dissensio, omnis perturbatio, & rixa, sed omnia sint communia, animi, mentes, corpora, eaque quibus necessario ad cultum, & victum utimur. Et infra addit: *Huius vitæ institutio quid est tandem quod jure equiparari possit, quid beatius dicitur? Quid hæc conjunctionis, unitate & necessitudine aptius? Divus Joannes Chyostomus in Hom. 58. ad populum Antiochenum de Monachis sui temporis agens, laudansque in illis hanc communem vitam, & æqualem: una mensa, ait, & ministrantibus & suscipientibus, & exhibentibus eadem sercula, eadem indumenta, habitacula eadem, eadem vitæ, non est ibi meum ac tuum, sed hoc verbum penitus eliminatum est, multorum causa malorum. Beda supra illud Act. 4. Erant illi omnia communia &c. sic ait: Qui ita vivunt, ut sint eis omnia communia, in domo, cenobita vocantur, quæ vitæ tanto felicitior est, quanto futurum statum imitatur.*

LESU
 Spirit.
 II

Comunis
 vita com-
 moda &
 felicitas.

CAPUT V.

An possit Prælatus subditis peculium concedere: Explicaturque decretum Concil. Trident. Cap. 2. Sess. 25. de reformatione Regularium.

Quid sit peculium, & unde dictam declaravimus plenius 1. parte Cap. 1. hujus operis. Quantum vero ad præsens attinet, notare oportet triplex genus peculii posse esse apud Religiosos, ut optimè advertunt Corduba in *summa. q. 54. Navarra l. 3. de resist. Cap. 1. num. 172.* & colligitur ex doctrina Navarræ variis in locis, maxime *Comment. 2. num. 16.* Primum genus peculii est, cuius administratio, aut alienatio non potest impediri, aut revocari per Prælatum, & de hoc peculo hic non agimus, cum certum sit illud neque Papam posse concedere, quia ut supra diximus, non potest in habenda proprietate cum religioso dispensare. Posset tamen Papa auferre superioritatem omnium aliorum Prælatorum respectu peculii alicujus Religiosi, & tunc illud erit revocabile solum à Papa, ut bene Corduba ut supra advertit. Et Navarræ *Conf. 47. red. reg. num. 1. & 3.* peculium tunc licet irrevocabile sit respectu inferiorum Prælatorum, absolute censet revocabile, cum revocari possit tantum Pontificis voluntate.

Secundum genus peculii est revocabile, & amobile ad nutum Prælati, & conceditur ad determinatos, & certos usus, ut quando alicui conceduntur viginti aurei ad emendos libros, vel vestes sibi comparandas. Et hoc genus peculii, easque administrationem omnes Authores fatentur esse licitum, multisque Religionibus in usu.

Tertium genus peculii illud est, quod licet sit revocabile ad libitum Superioris, conceditur tamen vagè ad indeterminatos usus, v. g. Quando monachus de licentia Superioris sui, vel Papæ habet aliquas pecanias vel redditus, & usufructum eorum, ita tamen, ut de ipsis disponat pro suo arbitrio, distrahendo, donando, alienando, dummodo bona immobilia non alienentur, vel alio modo disponendo, quod intelligi debet in usus necessarios, pios, aut licitos, nam in usus profanos & illicitos nec summus Pontifex concedere potest, ut sæpius supra notavimus.

Secundo observandum, quod cum peculium semper habeat annexam administrationem, penes varia genera administrationum etiam peculia distinguantur, ut notat Navarræ *Comment. secundo de Regular. num. 15.* Administratio autem nihil aliud est, quam jus disponendi de re aliena nomine alieno, gratis vel stipendio, ut constat ex R. ff. de administratione tutorum, & C. grandi de supplenda neglig. Prælatorum. Administratio igitur hæc triplex est, alia est, quæ fit in utilitatem, aut damnum concedentis administrationem (qualis est quæ conceditur communiter Officialibus Monasterii, quibus committuntur aliquæ villæ, vel domus administranda nomine monasterii) revocabilis tamen ad nutum Superioris, de qua administratione, sive

*Triples
peculii ge-
nus decla-
ratur.*

*Quid sit
admini-
stratio.*

*Triples
admini-
strationis
species as-
signatur
& expo-
nitur.*

peculio agitur in dict. C. Monachi, cum dicitur: Qui verò peculium habuerit, nisi ei fuerit ab Abbate pro injuncta administratione permittum &c. Et hæc administratio hodie est in usu apud omnes Religionem, & commendatur à Trident. dicto Capite secundo, ibi: Administratio autem bonorum conventuum ad solos officiales &c.

Alia est administratio sive peculium, quod conceditur in utilitatem, vel damnum administrantis, cum aliqua pensione, & onere, ita ut teneatur certam pensionem solvere, reliquum verò commodi vel damni ei cedat ad disponendum de eo in suos honestos & pios usus. Et olim similes administrationes concedebantur Religiosis jam senibus, & de Religionem bene meritis, quibus monasterium concedebat villam quandam in perpetuum, ut perciperent fructus ad suos usus in damnum, & utilitatem suam, & etiam monialibus id olim concedebatur, ut constat ex C. Infirmante. Qui clericus vel voventes, & Cap. de viduis 27. quest. 11. Quæ administratio postea in C. Cum ad monasterium prohibita est, ne irrevocabili sit aut in perpetuum monachis concederetur, ut constat ex S. Teles, dum ait: Neque alicui committatur aliqua obedientia perpetuè possidenda, tanquam in sua sibi vita locetur, sed cum oportuerit amoveri sine contradictione qualibet revocetur. Hæc ibi.

Tertia administrationis forma, est libera, ut sit etiam in usus profanos, qualem habent sæculares ad disponendum de rebus propriis, hæc verò administrationum distinctio ideo hic inserta est, quia quamvis in aliquo coincidat cum divisione peculii præcedenti, proderit tamen valdè ut mentem Tridentini clarius percipere valeamus.

Tertio observandum est, quod ea bona, quæ in administrationem cadere possunt, alia sunt mobilia, quæ de se non moventur, sed ab aliis moveri possunt; ut vestes, libri, pecunia &c. Alia vero dicuntur se moventia, quia se movent, ut animalia, & hæc reducuntur ad mobilia; alia sunt immobilia, quæ moveri non possunt, ut prædia, domus, & similia. Alia sunt, quæ nec propriè sunt mobilia, nec immobilia, ut sunt annui redditus, quamvis hæc inter bona immobilia computentur, ut expressè habetur in Clement. Exivit. §. liceat. & ibi: Glossa de verborum signis. & licet propriè immobilia non dicantur, in rigore tamen stabilia possunt appellari.

Prima sententia est Gersonis *Alpha. 123. lit. tertio g.* & c. Gerardi, & Pirrini in tit. de dispensat. n. 1. in Eccl. Concil. 2. coroll. 2. quos refert Corduba in dict. quest. 54. §. La primera. Quam etiam tenent Theodoricus, quem refert, & sequitur Catholicanus de reformat. claustrali. art. 8. & sequent. & Molanus in Compendio Theologiae prædicta parte 5. Cap. 20. & Petrus Damianus, in Apologia de contemptu sæculi Cap. 7. qui omnes tenent non posse Prælatos hujusmodi peculia tertii generis (nempe liberam administrationem aliquorum bonorum in usus honestos revocabilem tamen ad nutum Prælati) monachis permittere, & nituntur usam sententiam confirmare pluribus, inferioribus tamen rationibus.

Contrariam verò sententiam tenent Sylv. affirmat. verb. Abbas quest. 3. §. 7. & verb. Religio 6. n. 7. 1794. pro & Auto-

& Antonin. securus Hostiensis, & Umbertum 3. parte tit. 16. Cap. 1. §. 11. Navarr. Comment. 2. de Regul. à n. 15. usque ad 16. Corduba in d. q. 54. Panoim. in C. Cum ad monasterium, n. 8. Tractemata in C. Non dicitur, q. 1. Angelus verb. Religiosus n. 17. Major 4. distinct. 38. q. 9. & alii plures magnique nominis Canonista, quos refert idem Navarr. Comment. 20. de Regul. n. 27. Qui omnes farentur posse Prælatum peculium tertii generis Religiosis concedere cum duabus rebus conditionibus quarum prima est, ut tale peculium sit concessum ad honestos & licitos usus, 2. ut sit revocabile ad nutum Prælati. Quia Authores indifferenter loquuntur, tam de peculio rerum mobilium, quam immobilium; & sive peculii administratio sit apud ipsum Religiosum, sive apud Officiales Convenus. Probatque suam sententiam hac efficaci ratione. Quia Monachus non dicitur proprietarius, cum utitur rebus monasterii ex justa licentia Prælati, & animo resignandi in ejus manus, quia tunc solum habet usum & usum fructum talis rei dependenter à voluntate Prælati, quod non est contra votum paupertatis, cum nec invenitur ibi dominium, nec proprietatem.

Prima Conclusio certum est (jure communi attento) non esse contra votum paupertatis tertium genus peculii possidere, sive sit in mobilibus, sive immobilibus bonis. Ita tenent omnes Authores pro secunda sententia adducti, & videtur colligi ex dicto C. Monachi, ibi: *Qui vero peculium habuerit, nisi ei fuerit ab Abbate pro injuncta administratione permiffum, &c.* Igitur licebat Abbatibus permittere hujusmodi peculia. Colligiturque ex dicto C. Cum ad monasterium, in quantum præcipit, ne alicui commendetur aliqua obedientia, sive administratio perpetua, sumpto argumento à contrariis sensu. Quæ jura videntur loqui de administratione, sive peculio concessio ad indeterminatos usus, cum absolute loquantur. Expressus tamen id probatur ex C. insinuante. Qui clerici vel voventes, & ex C. de viduis 27. q. 1. ubi permittitur moniali remanere in domo quondam sua cum omni propria substantia, quo ad usum, & usum fructum, plenariamque in usus licitos administrationem, tam in rebus mobilibus, quam in immobilibus, cum manserit in domo propria, & cum omni sua substantia, ut ibi dicitur, & præterea probati potest ratione facta pro secunda sententia.

Ex quo infero etiam olim licuisse Prælati concedere irrevocabiler, & in perpetuum administrationem secundi generis, ut colligitur ex dicto C. insinuante. ubi constat mulierem professionem emisisse ea conditione adjecta, ut cum omni substantia sua domi remaneret, quod necessario irrevocabiler fieri debeat, cum professio sub illa conditione fuerit emissa. Quamvis postea Innocentius III. in dicto C. Cum ad monasterium, decreverit hanc administrationem nulli in perpetuum esse committendam.

Objeccio. Sed dices esse contra votum paupertatis hanc irrevocabilem concessionem, quare videtur quod illa conditio posita in dicto C. insinuante, vel annullat professionem, utpote contra votum paupertatis adjecta, vel alio modo sit exponenda.

Solutio. Respondeo in dicto C. insinuante, esse con-

cessa illa bona irrevocabiler respectu voluntatis Prælatorum inferiorum, non tamen respectu voluntatis Episcopi (quia tunc Episcopi præfidebant ant monasteriis, aut respectu Papæ, quod sufficit, ut non sit contra votum paupertatis ut supra in 1. fundamento hujus C. diximus. Quare ex vi juris communis non est contra votum paupertatis administratio aliquam, aut bona irrevocabiler possidere respectu inferioris Prælati. Nam id de facto contingit in Prælatiis perpetuis. Et olim id fuisse in usu vide ut colligi ex dicto C. Cum ad monasterium, quod hujusmodi usus abolere voluit, maxime si illa bona concederentur ad determinatos, & necessarios usus, ut factum fuisse in specie dicto C. insinuante, tenent ibi Glossa verb. *ut in domo propria.* Post decisionem vero dicto C. Cum ad monasterium, & Concil. Trident. non licet sine periculo proprietatis rem irrevocabiler retinere, quamvis à Prælato id concedatur, ut supra latius docuimus.

Quare potissima difficultas hujus dubii est, an post decretum Concil. Tridentini Cap. 2. sess. 25. de reformat. Regularium adductum, reatunque à nobis supra in fonte hujus 4. Partis liceat peculium tertii generis monachis habere ad usum revocabile, Navarr. Comment. 2. de Regul. n. 15. & 18. passimque alibi asserit Concil. Trident. dicto Cap. 2. nihil de novo statuisse, sed potius ejus decretum esse veluti Glossam prædictorum Cap. tam Cap. monachi, quam Cap. Cum ad monasterium & ita exponit Concil. Quod cum ait Regulari non licere habere aliqua bona tanquam propria, idem decernit quod decernit in principio Cap. Monachi. Et in Cap. Cum ad monasterium, quæ enus hæc jura prohibent Regularibus habere administrationem tertiarum specierum, quæ præbet facultatem disponendi pro libito in quoscunque usus etiam profanos; & eodem modo intelligit illa verba Concilii: *Nec deinceps liceat superioribus bona stabilia alicui Regulari, etiam ad usum fructum, vel usum, vel administrationem concedere.* nempe quod intelligatur de administratione illa libera, & tertiarum specierum, vel de ea, quæ irrevocabiler conceditur à Superioribus. Quare post dictum decretum Concil. Trident. ex sententia Navarr. licet cuilibet Regulari habere peculium, & administrationem quoruncunque bonorum stabiliam, dummodo sit concessum à superiore ad usus honestos, revocabiler tamen, & dependenter ab ipsius voluntate. Probat Navarr. suam sententiam. Primo, Quia oportet jura juribus concordare, ut dicitur C. Cum expediat de elect. in 6. Quare non licet ab antiquo jure recedere, cum novum jus non cogit. Et sic cum in Trid. novum jus non sit expressum, illud interpretandum esse secundum mentem antiquorum jurium.

Secundo Probat id in dicto n. 18. quia hodie post Concil. Trident. possit Prælatus cum suo Conveniū justa de causa, videlicet magnæ necessitatis, vel utilitatis monasterii mittere aliquem monachum industriam ad regendam aliquam villam, vel domum administratione illius ipsi commissa, ad nutum tamen Prælati revocabilem, ut passim sit tempore vindemiarum, & mellis, ad quæ mitti non solent Officiales ordinarii monasterii, ut œconomus, Sacrista, Cellarius, sed alii particulares monachi, igitur post

post Concil. licet monachis non Officialibus administrationem bonorum stabilium concedere.

Tertio Addi potest pro sententia Navarræ, quia sicut Prælatus potest hunc vel illum monachum constituere monasterii Officialem, ita videtur eo ipso quo præbet illis facultatem habendi aliquam administrationem, vel peculium, facere eos Officiales administrationis illorum bonorum, vel saltem posse facere.

Docti vero Neoterici, licet post Concil. Trident. affirmant tertium genus peculii esse licitum, eam tamen conditionem adijciunt propter vim prædictorum verb. Concilii Trid. nempe: *Nec liceat deinceps superioribus, &c.* ut prædicta bona sive reditus sint in potestate communis Officialis, non vero in potestate ipsius Religiosi, quia hoc esse prohibitum dicto decreto Concil. Trident. affirmant. Ita docuit Corduba, quem sequitur Navarr. *ut sup. n. 177. & 168.* eo solo fundamento ducti, quia Concilium expresse voluit, ut bonorum monasterii administratio, non ad singulares religiosos, sed ad solos officiales spectaret.

Ut dubium hoc clarius resolvamus, liceat hic repetere verba Tridentini, ut his ob oculos positus apertius eorum mentem possimus inueniri, Ait ergo dict. *Cap. 2. sess. 25.* Tridentina Synodus in hunc modum: *Nemini igitur Regularium tam virorum, quam mulierum, liceat bona immobilia, vel mobilia, cujuscunque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquisita, tanquam propria, aut etiam nomine Conventus possidere, vel tenere, sed statim ea superiori tradantur, Conventuique incorporentur. Nec deinceps liceat superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad usum fructuum, usum, administrationem, vel commendam. Administratio autem bonorum monasteriorum, vel Conventuum ad solos Officiales eorundem ad usum superiorum amobiles pertineat. Mobilia vero usum ita superiores permittant, ut eorum suppellex statui pauperum, quem profecti sunt, conveniat, nihilque superflui in ea sit, nihil etiam, quod sit necessarium, eis detur.*

Tenor
verborum
decreti
Concilij
Trident.

Secunda Conclusio. Post hujus decreti promulgationem non licet Superioribus Regularium peculium bonorum stabilium, etiam si sit revocabile, & ad usus honestos monachis concedere.

Ut hanc sententiam efficaciter probem, advertere licet. Primò Concil. Trident. clarè evidenterque corrigere antiqua jura novumque statuere. Ita aperte Corduba, & Navarr. citati, alique Neoterici fatentur, & ex ipso contextu luculenter patet, maxime ex illis verbis, *deinceps &c.* quæ ex natura sua jus novum novamque constitutionem præ se ferunt, ut docuit *Glossa in Clem. Eos, verb. deinceps, de Regularibus recepta communiter secundum Cardinalem Clem. 1. §. statutum de elect.* Quare licet libenter concedamus in prioribus verbis decreti nihil novum, nihilque correctorium statui, negari tamen non potest ab illo verb. *deinceps* novam à Trident. edi constitutionem, antiquique juris correctoriam: tum ex vi illius verbi, *deinceps*, ut dictum est, tum ex vi ipsius rei in hoc decreto stabilitæ, & præceptæ.

Antea enim licebat Prælati, intra terminos juris communis, bona stabilia in peculium, sive administrationem concedere, quamvis revoca-

biliter, & ad honestos usus, ut constat ex dicto *Cap. Monachi, & C. Cum ad monasterium.* & ex dictis supra Conclusionibus prima. Quæ ergo ratione potest negari, quod dum Concil. statuit, *nec liceat superioribus deinceps bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad usum fructuum, vel usum, administrationem vel commendam, jus novum statui, antiquaque vetus, maxime cum Concil. ut constat ex Cap. 1. illius sess. vehementer optaverit, ac districte præceperit, ut regularis disciplina quoad communem vitam, ubi permanebat, constanter conservaretur: ubi vero collapsa esset, nervosè restauraretur. Non est credendum voluisse jus antiquum, quod vitæ huic communi præjudicabat in solido statu permanere, sed potius consulto illud mutasse, aboluisse & antiquasse.*

Quare violenta est illa interpretatio Navarræ asserentis, his verbis tantum prohibuisse Concilium, ne stabilia bona concederentur à Prælati tanquam propria; Tum quia id in anteriori parte capituli erat prohibitum; Tum quia non video cur Concil. in illo vers. *deinceps*, prohibuisset tantum stabilia bona alicui Regulari concedi ut propria, & non idem statuisse de mobilibus bonis, ut in prima parte Cap. statuit, loquens expresse tam de mobilibus, quam de immobilibus. Frustra enim distingueret Concil. inter stabilia, & mobilia bona, cum neutra possint, ut propria possideri. Unde cum Concil. ibi consulto distinxerit inter stabilia & non stabilia bona, egeritque tantum ibi de stabilibus, nulla ratione potest quadrare interpretatio prædictæ Navarræ. Quibus addo in illo vers. *deinceps, & in sequenti nempe, mobilium vero usum &c.* definiti à Concil. qualiter immobilia & mobilia bona debeant à Prælati concedi, illa (hoc est immobilia sive stabilia) solis Officialibus monasterii ad usum Prælati revocabilibus, horum vero (mobiliū scilicet) usum ita singulis dari præscribit, ut non excedat statum pauperum, quem profecti sunt.

Secundo Notandum est, quod habere peculium nihil aliud sit quam administrationem illius rei concessa habere, ut docet Innocent. in *Cap. Cum olim 2. de privilegiis communiter receptis*, ut testatur Navarr. *Comment. 1. de regularibus n. 14.* Quod ita verum est, ut à ratione peculii etiam profecti, quod minimum est inter omnia peculia, non possit separari administratio, ut patet ex *l. placet de acquirenda hereditate*, & notat Navarr. *Comment. 1. de Regul. dict. n. 14.* In quo differunt Regularis habens peculium, & ille qui tantum habet res sibi necessarias à suo Prælati in pios usus concessas; nam ille ratione peculii tenetur administrare ea, quæ recta ratio administrandi peculii requirit, ut probat rectè Navarr. *Comment. 2. n. 9.* quia non potest dari peculium sine administratione necessaria circa peculium commissum. Quod maxime procedit in peculio de quo loquimur. Nam de illo supponimus quod possit Regularis in pios & honestos usus peculii bona administrare, & expendere. Qui verò tantum habet res necessarias ad suos usus concessas (ut solent communiter simplices Regulares in Religionibus reformatis) nulla ratione dicitur habere administrationem, neque peculium, quia uti rebus sibi concessis in usus necessarios, & determinatos à Superiore, non est propriè ea administrare, sed tantum usus sim-

plex, qui ex natura sua distinguitur ab administratione, ut omnes fatentur.

Tertio Observandum est, hoc esse discrimen inter illum, qui habet peculium, & inter Officialem, qui constitutus est à Prælatu, ut administret bona monasterii; quod ille administret peculium, in bonum & commodum suum, & in usus sibi convenientes, hic vero administret monasterii bona non in suam, sed in ipsius monasterii, aut aliorum monachorum utilitatem. Ad idem constituntur Officiales à Superioribus, ut bona monasterii conservent, au- geant, vel distribuant, prout ipsis à Superioribus suis permissum est.

His præfatis probatur nostra sententia evidenti argumento, Quia Concilium decernit monasteriorum stabilia bona non posse concedi monachis simplicibus in usum, nec in administrationem, sed tantum Officialibus monasterii; & Concilium, ut supra probatum est, loquitur de quacunque administratione bonorum stabilium: sed non potest concedi peculium bonorum stabilium alicui sine hoc quod concedatur usus, vel administratio, ut in secundo notab. nuper tradito dictum est: igitur Prælatu non potest monachis concedere peculium, nec administrationem bonorum stabilium.

Et confirmatur ex declaratione Congregationis Cardinalium, qui interrogati, an domina Aldonza de Toledo, quæ, viro mortuo, facta fuit monialis, sibi que permitente filio reservavit ducentos aureos annuos, securè id posset facere? Responderunt esse contra Concilium Tridentinum, illam dominam annuos redditus apud se retinere, sed potius dandam esse eam pecuniam Abbatissæ, quæ illius necessitatibus provideat.

An possit Prælatu bona stabilia concedere ad usum alicujus Religiosi.

Ex his igitur colligo primo, posse Prælatum bona stabilia concedere ad usum alicujus Religiosi, tali conditione appositâ, ut eas administratione sit apud Officiales monasterii, non vero apud ipsum Religiosum, ut voluit Trident. & declaratio Cardinalium supra relata, docueruntque Cordub. & Navar. ubi supra; tunc verò hæc concessio non diceretur peculium. Primo, quia peculii administratio debet esse apud habentem peculium, ut constat ex 2. nobili allato. Secundo, quia peculium est separata substantia ab aliis bonis: at hæc bona non sunt separata, sed potius incorporata aliis bonis Communitatis, cum administrantur ab Officialibus, qui bona communia distribuunt. Quod evidentius patebit ex his, quæ infra dicemus.

Dua conditiones ad hujusmodi concessionem, ut sit licita, necessario requisita.

Requiruntur autem duæ conditiones, ut hujusmodi concessio debeat, & justè à Prælatu fiat. Prima, ut illa bona sint incorporata communibus bonis, ita ut si alius magis egeat illis bonis, quæ reposta sunt apud Officiales, illi tribuantur: quod præ oculis habere debet tam Prælatu concedens (qui permittere debet officialem illa bona alteri in majori necessitate constituere applicare) quam subditu in cujus commodum ea deputantur, ut si paratus sit æquanimiter ferre illorum distributionem in alios usus, prout visum fuerit Prælatu, etiam si non sint magis necessari.

Secunda Conditiõ, ut subditu quando ab Officiali necessaria petit, exponat in particulari suas necessitates; nam alias tantum erit Officialis veluti depositarius, & in hoc casu esset Officialis tantum materialiter; quemadmodum pos-

set esse alius secularis, vel Religiosus, & subditus esset administrator, cum illa bona ipse pro libitu acciperet & distribueret, quod est contra mentem Concilii: his ergo duabus conditionibus licitè est hæc bonorum stabilium concessio, non tamen potest, nec debet dici peculium ob rationes dictas, sed tantum est quædam gratia, sive indulgentia à Prælatu concessa monacho, ut quoties voluerit ex illis redditibus aliquid in honestos usus expendere, possit id facere ex consensu Officialis monasterii, exponens ei usus in quos dispensare vult.

Quare quidam Religiosi versentur in statu periculo-

Ex quo intelliges versari in statu periculo- los Religiosos, & moniales, qui habentes à Superiori in suos usus concessos redditus vitalitios, ipsi vel ea bona administrant, habentque in sua potestate, titulo, & nomine peculii; cum id Prælatu non possint concedere; vel si illa bona apud Officiales monasterii resident, ita expendi curant, ac si esset verum peculium sibi concessum. Et quod deterius est, nonquam ferunt prædicta bona aliis monasterii necessitatibus applicari, quæ omnia in causa sunt, ut ipsi in periculo- sissimo statu versentur.

Incidenti dubio respondetur

Sed dices, an sit aliquis modus possibilis, quo fieri possit, ut monialis, cui relicta sunt annui redditus, possit eos apud se retinere, & administrationem exercere?

Respondeo primo id fieri non posse, si annui redditus non sint perpetui, sed ad modicum tempus Religiosis à Prælatu concedantur, verbi gratia, ad decennium: nam tunc non censentur bona immobilia, ita expresse tenet Glossa in Clem. Exivit. §. nec licet, verb. Cumque annui. Quare cum tunc sint mobilia bona, eorum potest committi administratio cuilibet Religioso, ut in seq. Conclus. dicemus.

Secundo potest id fieri si fundus, vel census extraneo seculari detur, cum onere quod singulis annis ad usum & alimenta præstet tantam quantitatem moniali, vel Religioso. Ita tenet Cardinal. in dict. Clem. Exivit §. nec licet. Et ratio est; quia tunc illa non sunt bona stabilia conventus, & ad ipsum pertinet solum id quod quolibet anno ab extraneo datur. Et hoc est quod voluit Cordub. in fine dict. q. 54. & idem censo, imò id mihi probabile videtur, quod si alicui Religioso legantur annui redditus pro alimentis, & aliis necessitatibus, quod tunc possit habere administrationem illius pecuniæ. Ratio est; quia licet annui redditus ultra decennium à jure inter bona immobilia & perpetua computentur, tamen quando ita annui redditus legantur pro alimentis alicujus personæ, non censentur, neque sunt bona immobilia & perpetua, quia tunc sunt plura legata; & sic si legatarius occidatur non transmittit actionem in monasterium, quam transmitteret, si esset unum legatum; ut patet ex l. si cum prædestin. & ex l. in singulos annos ff. quando dies legati cedit, & colligitur ex Glossa citata in dict. Clem. Ex quibus juribus constat non esse computandum inter immobilia bona, etiam si ad totam vitam relinquatur illud quod fit pro alimentis, vel aliis usibus pro singulis annis. In hoc tamen peculio servanda sunt conditiones, de quibus in seq. Conclusionem.

Tertio Conclusio: licitum est Prælatu peculium bonorum mobilium subditu concedere, dummodo illud sit revocabile ad nutum Superioris,

IN IESU Spirit. II

infat ex dicto... Qua ergo... Concil. ut... abolevit...

rioris, & ad usus honestos, & determinatos. Ab hac Conclusionem non est qui dissentiat, & quia Concil. Trident. quoad bonorum mobilium usum nihil novi statuit, cum expressè ibi agat de bonis stabilibus, & ex alia parte id licebat ex antiquo jure & communi, id igitur modo etiam licitum erit.

Ex qua Conclusionem infero posse monachos delicta Prælati habere libros, vestes, pecuniam, & alia mobilia administrare in suos usus. Imò licita est consuetudo in aliquibus monasteriis introducta, ut moniales victum tantum à monasterio accipiant, vestitum autem, & alia ex suis laboribus sibi quantant, & quod magis est, ut cuilibet monacho detur quolibet anno vel mense ab Officiali monasterii certa quantitas pecunie, vel victus pro usibus sibi necessariis, ut supra Cap. præcedenti resolvimus, quia his non contradicit Concilium Tridentinum quantum ad hoc, quod est habere peculium, sed tantum ratione vitæ communis, ut ibi diximus. Quare optimè responsum est à Congreg. Cardinalium licere monialibus artificio, & propriis manibus sibi victum querere, si aliunde non habeant unde commodè sustentari valeant.

Prædictis non obstant contraia fundamenta & argumenta Navarr. nam primo satisfactum est ex dictis 2. Conclus. Ad 2. respond. quod quando Prælati alicui committit administrationem alicujus villæ, vineæ, & c. jam ille supplet vicem Officialis, nam cum sæpe procuratores, aut economi non possint omnia monasterii negotia gerere, eliguntur alii, qui vice eorum ea tractent in utilitatem monasterii, & hoc non est contra Trident. sed tantum quando hæc administratio alicui committitur tanquam peculium, potius in suam, quam in monasterii utilitatem.

Ad 3. dicitur, quod Prælati administrationem illam concedens alicui non constituit ipsam Officialem. Nam hoc interest ut supra dixi inter habentem peculium, & officialem, quod ille administrat discretè in utilitatem suorum utrumque, hic vero in utilitatem, & commodum Communitatis.

Ex quibus etiam infero non esse hodie licitam primam illam speciem administrationis, qua res stabili administranda conceditur in damnum & utilitatem administratoris. Nam hoc est, quod expressè in Concil. Trident. prohibetur, ut dictum est.

CAPUT VI.

Nulla ratione à Prælati debere concedi peculium sine magna & urgente causa, neque illud à subditis esse procurandum.

Quando Prælati & Subditi graviter peccent in usu peculii.

Sive peculium possit hodie concedi in stabilibus bonis, ut aliquorum fert opinio, sive tantum in rebus mobilibus, ut verior sententia, & à nobis superius confirmata tenet, illud imprimis certum est, tam Prælatos concedentes, quam subditos utentes sine justa, & rationabili causa horum peculiorum beneficio, graviter peccare contra votum paupertatis, hoc dictum expressè colligitur ex Navarr. Comment. 2. de Regul. n. 21.

Et primo de Superiore concedente patet quia cum administrat, vel distribuat bona monasterii in eos usus, in quos à jure ipsi est prohibitum dispensare, peccat contra votum paupertatis, & sicut Procurator monasterii, si ultra facultatem sibi commissam aliqua bona monasterii alicui Religioso concederet, esset proprietarius, tam ipse quam Religiosus illi bonis uteretur, ut supra demonst. avimus: Ita Prælati, qui ultra facultatem sibi à jure, à regula, sive à Constitutionibus concessam hujusmodi pecunia permittit, erit proprietarius, cum administrat bona monasterii sine facultate, & licentia justis, imò contra jura, Regulam, & proprias Constitutiones. Præterea (quæ est secunda pars nostri dicti) subditis his peculis utentes moraliter peccabunt: tum ob rationem ex similitudine accipientis aliquid à Procuratore add. statim 5. tenet, quia Prælati sine justa causa non est dispensator bonorum monasterii, ac proinde eis utentibus sine justa licentia injuste utitur, & tunc illud peculium dicitur habere, quasi propria auctoritate possessum. Oportet tamen explicare, quæ sit rationabilis causa concedendi, aut habendi peculium.

Et primo illa rationabilis causa videtur, quando subditus nulla ratione obtinere potest, ut superius vel economus monasterii ei necessaria provideat, quia non possunt, aut nolunt, tunc enim rectè potest à Superiore petere peculium, ut ex ipso sibi necessaria sumat secundum decentiam sui status. Nam quæ rationabilior causa excogitari potest, quam necessitas victus, & vestitus, & aliorum, quæ requiruntur ad decentiam proprii status?

Secundo rationabilis causa in aliquibus Religionibus videtur administratio alicui Religioso commissa, tunc enim justa causa videtur, ut ei peculium similiter concedatur, ut habetur in Cap. Monachi. ibi: Qui vero peculium habuerit, nisi ei ab Abbate pro injuncta administratione fuerit permissum, & c.

Præterea justa causa merito censetur, quando aliquibus Officialibus monasterii aliqua salaria pro injuncto munere loco peculii assignantur, ut tradit Navarr. Comment. 2. & 3. de Regul. unde in aliquibus monasteriis assignari solent à Prælati aliquæ portiones, sive proventus peculiares, quæ omnia in Religionibus, in quibus jam usæ recepta sunt servari cura conscientia possunt, Nam Religiosi ab his muneribus retardantur, nisi præpositis his præmiis ad ea suscipienda allicerentur. Quamvis in aliis Religionibus Prælati ea munera sine ulla spe temporalis præmii exequantur. His accedit etiam esse justam causam concessionis peculii alicui Religioso, illum talis fuisse industria, vel conditionis, ut ejus invento aliqua bona notabilia, sive sua arte, vel labore monasterio comparentur. Docet Navarr. Comment. 2. de Regular. num. 25. ubi refert solitos esse Dominicanos S. Stephani Salmanticae sui Ordinis magistris Cathedras magnorum reddituum ibi regentibus permittere, ut ex illis cognatis suis pauperibus aliqua bona distribuunt.

Tertia causa esse potest, si Religiosi cibum, & vestes communes prodigè, & superflue consumant, tunc enim, si notabilis sit excessus, justè potest assignari portio certa, quæ sit veluti peculium, ut hac ratione ipsi suo damno, vel modo

modo viventes bonis monasterii magis consu-
lant. Naturale quippe vitium est negligi, quod
communiter possidentur, & e contrario minus
esse solet, ea quae in particulari habentur majori
cura servari, & custodiri.

Quarta causa rationabilis videtur esse, stu-
dium vitandae discordiae, quae aliquando te-
pescente spiritu in Religione ex victu, & ves-
titu ac vita communi, & aequali oriri solet.
Quae querela & murmuratio antiqua est in mo-
nasteriis, cum adhuc tempore Augustini inter
eius Monachos versaretur, ut ipse Cap. nouo
suae Regulae ait: *Si super indumento inter vos
contentiones, & murmura oriantur, & conque-
ratur aliquis se deterius accepisse, quam prius ha-
berat, & indignum se esse quod non ita vestiatur,
ut alius frater vestitur, hic vos probate quantum vo-
bis desit de illo interiori sancto habitu cordis, qui pro
habitu corporis ligatus.* Haec Augustinus, quibus satis
inducit contentiones, quae aliquando ex distri-
butione quotidiana communi & aequali fecun-
dum uniuscuiusque necessitatis proportionem
solent oriri.

Haec aliaque causae ab aliquibus reddi, pro-
batur solent, ut iuste Religiosis peculium
concedi possit, nobis vero non simpliciter &
absolute, sed potius eam sequenti distinc-
tione probantur. Nam aut sermo est de causa suf-
ficienti & iusta, ut omnibus subditis gene-
raliter peculia assignentur, vel tantum ut ali-
quibus in particulari. Si de primo loquamur,
nulla sufficiens & iusta causa reperitur, ut Prae-
latus possit omnibus Religiosis Communitatis
haec peculia concedere, cum Concil. Trident.
Sess. 25. Cap. 1. de reformat. Regularium expresse
praecipiat vitam communem quoad victum, &
vestitum integrè, severèque servari. Quare
nulla apparet iusta causa, qua licitè possit Prae-
latus stare hoc decreto toti Communitati pec-
culia, aut formam vivendi per portiones pri-
vilegiatas concedere. Nam si Concil. ibi statuit,
ut vita communis collapsa restitueretur, ad id-
que teneri Superiores, ex vi huius decreti Tri-
dent. supra Cap. 4. probavimus, qua ratione
licet vitam communem statim relaxare? Ali-
qua vero causae ex dictis iustae videntur, ut
Praelati alicui subdito in particulari in Religio-
nibus, ubi id propria Regula, Constitutio-
nibus, aut consuetudine non prohibetur, pec-
culia permitant, dummodo peculium sit in
rebus mobilibus tantum, & ad iustas aliax condi-
tiones, de quibus Cap. praecedenti.

Denique, ut hoc peculium iuste concedi
possit, pensanda est causa, an iusta, & aequa
sit alicui boni viri, & prudentis, quia illi
relinquitur determinandum quod iure non est
determinatum, ut dicitur lege prima ff. de iure
deliberando, & tradit in hoc proposito Navarr.
Comment. 2. de Regularibus num. 25. ubi ait,
pensandam esse personam, locum, tempus,
finem in quem conceditur peculium, & quan-
titatem rei concessae. Quibus addendum est,
potissimum inspiciendum esse illius Religionis
usum, & consuetudinem, si alias propriae
Ordinis Constitutiones nihil de hoc statuunt.
Praeterea, an in illa sint magni, vel parvi proven-
tus, & status paupertatis, qui communiter in ea
servatur, & tunc non sine magna consideratione
peculium concedi debet.

Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

Ex dictis inferitur primò peccare mortaliter
Praelatum, qui non curat subditis praebere ne-
cessaria, secundum decentiam, & honesta-
tem sui status. Quia hac via ansam praebet sub-
ditis, ut peculia procurent, ut sup. Cap. 1.
latius ex Patribus tradidimus. Et idem sentio
de eo, qui recipit plures Religiosos, quam
elemosynis, vel redditibus Conventuum su-
sistentari possint. Quia reddit quasi impossi-
bilem, aut valde tenuem eorum victum & ves-
titum. quare in Trident. Sess. 25. Cap. 3. ma-
turè, sanctèque decernitur: *Ut in monasteriis
utantum numerus constituantur, ac in posterum con-
serventur, qui, vel redditibus propriis monasterio-
rum, vel ex consuetis elemosynis commode possint
sustentari.* Quod statutum praecipue obligat Prae-
latos Superiores, ut ita taxate numerum pro-
curent, ne ex nimia multitudine Conventus gra-
ventur, vel monachi quaerendo necessaria tolli-
tudinè distrahantur.

Quando
Superio-
res gravi-
ter pec-
cent in
hac ma-
teria.

Secundo infero, subditos etiam mortaliter
peccare, qui occasionem praebent, ut in Re-
ligione peculia introducantur. Tenent D. An-
tonius in 2. parte titulo 16. Cap. 1. §. 11. Syl-
vest. verb. religio §. num. 7. Tunc autem dican-
tur praebere causam pecuniae introducendis, cum
bona monasterii sibi concessa dissipant, de-
struunt, aut prodigè contumunt; aut facile
murmurant, & de concessis sibi ad usum, etiam si
cum Religiosis moderatione illis concedantur,
querelas fundunt, aut etiam illi, qui subire la-
bores aliaque officia Religionis requiruntur,
nisi eis peculia, aut stipendium (ubi dari non
confluevit) permittantur. Et multò magis, qui
suis opinionibus, aut suffragiis curam horum
peculiorum abusum in suis Religionibus in-
ducere.

Quando
Subditi.

CAPUT VII.

Superiores non posse sine proprietatis
vicio monasterii bona in usum
superfluos nedum profa-
nos expendere.

Vera in hac re sententia est communi Patrum,
Doctorumque traditione recepta, mo-
nasteriorum Praelatos graviter, lehaliterque
delinquere, monasterii bona (quae Christi
substantia seu patrimonium dicuntur) in pro-
fanos usus vanè aut imprudenter effundendo.
Testantur id DD. sacri Hieronymus, in Regula
monachorum Cap. 3. Praeter victum inquit, & SS. Patrum
vestitum & manifestas necessitates nihil cuiquam ac DD.
tribuas: ne filiorum passes caves comedant Tu sententia,
ergo considera ne Christi substantiam imprudenter
effundas. Gregorius etiam in Pastoralis, parte
tertia, admonit. 21. de Praelatis loquens, ita
habet: *Necessè est ut sollicitè perpendant, ne com-
missa indignè distribuunt. & infra, Ne cum pau-
ca oporteat, plurima praebant.* unde Benedictus
Cap. 55. suae Reg. postquam Abbati ut mona-
chis necessaria distribuatur, praecipit, ac subjun-
git: *Fam quod superfluum est, amputari debet, &
pedules & quodcumque est retusum, reddant, cum
accipiunt novum.*

Quod D. Basilus in Reg. brevior. interrogat.

Kkk

87. &

89. & 90. suis monachis præcipit. Expressis tamen hanc dispensationem superfluum esse peccatum mortale docent D. Antoninus 3. parte 11. 6. Cap. 1. §. 11. & D. Bonaven. in Reg. Cap. 6. & in quasi circa Reg. quasi. 6. Estque communis sententia omnium DD. Tene Navarr. Comment. 2. de Regular. num. 21. ubi pro sua sententia adducit Alexandrum, Umbertum, & Turcrematam, & in Comment. 3. num. 27. ubi ex Calderino, & aliis docet Religiosos sine necessitate non esse capaces ullarum rerum, sæpeque affirmat licentiam à Prælato concessam sine causa esse irritam, imo nec Papam eam posse concedere. Idem Navarr. ex mente Panorm. & aliorum affirmat in titulo de residib. quasi. 3. monit. 6. num. 1. 2. & 3. Nec video dilfentire aliquem ex authoribus ab hac sententia. Quæ confirmatur ex Trident. Sess. 25. Cap. 2. ubi præcipitur Superioribus, ne superflua concedant illis verb. *Mobilium vero usum ita superiores permittant, ut eorum suppellex status paupertatis quem præsebit sunt convenient, nihilque superfluum in ea sit, &c.*

Et probatur ratione, quia cum Prælati non sit Dominus, sed tantum dispensator bonorum monasterii, moraliter peccat, si ea imprudenter superflueque expendat, cum nec Summus Pontifex possit id facere, nam & ipse non est Dominus bonorum Ecclesiæ, sed tantum dispensator. Quare cum usus superfluus non possit honestari aliqua iusta causa, sit ut nulla ratione possit à Prælato permitti.

Secundo, quia votum paupertatis importat usum tantum rerum necessariorum secundum decentiam status: quare quicquid moderatum hunc modum excedit, iniuste fit, aut conceditur, ex quo fit Prælati, qui in usus profanos, aut illicitos bona monasterii impendunt, à fortiori gravius, detentiusque peccatum committere, cum constat, nec Summum Pontificem posse id facere. Quod si in his Prælati, qui amplio rem habet potestatem disponendi, graviter peccat; quid sentiendum erit de Procuratoribus, Cellariis, Oeconomis, aut aliis Officialibus, qui monasterii bona dissipant, dissipant, aut aliis usibus superfluis applicant? Contra hos scripsit D. Antoninus dist. 8. 11. ubi supra.

Sed, an Prælati huiusmodi usus superfluos concedentes peccato proprietatis delinquant, non conveniunt inter se omnes. Nam D. Antoninus secutus Umbertum, & Sylvest. Turcremam, & Alexandrin. à Navarr. citati, ut sup. dist. n. 21. quamvis fateantur huiusmodi dispensationem non fieri sine peccato iniustitiæ, vel infidelitatis, negant tamen eos peccare contra paupertatem, quibus videtur favere Navarr. ibid. Veri. Octavo inferitur.

Comitana tamen sententia verior, communiorque est, eam tenet Navarr. dicto num. 21. Versiculo, *Quare videtur dicendum*, probarique potest ratione, quæ sæpe usi sumus. Quia Prælati cum non habeat facultatem dispensandi in superfluos usus, peccat contra paupertatem administrando bona monasterii sine licentia, quemadmodum peccaret Procurator, vel Officialis alius, si excedens sibi commissam potestatem bona monasterii dispenseret. Imo & ipse Prælati, etiam si in usus alios licitos, &

pias causas sine licentia notabilem quantitatem monasterii expendere, esset proprietarius, ea solum ratione, quia uti debet administratione sibi inuncta in usus rationabiles à Lege, Regula, vel Constitutionibus permittis. Quare prætergreddens hanc facultatem, contra paupertatem peccat.

Et confirmatur ex Capite, Fraternalitatem, de donationibus, ubi Alexander III. ita rescripsit Cum Episcopus, & quilibet Prælati ecclesiasticarum rerum sit Procurator, & non Dominus; conditionem Ecclesiæ meliorare potest, facere vero deteriorem non debet. Et infra. Docet huiusmodi donationes esse revocandas, ex quo fit Prælatum gerere debere Procuratoris vices in administrandis bonis monasterii, neque eas excedere ultra id quod sibi permittum est à iure vel à suis Constitutionibus.

Exlicare tamen oportet, ut clarior tota rei difficultas intelligatur, qui usus necessarij, qui vero superflui dicantur. Duobus igitur modis superflui opes dicuntur, uno modo si sint superflui nature, non tamen status, sive personæ, quales sunt illæ, sine quibus vivere posset quis, si tantum naturalem necessitatem attenderet, non tamen statum, secundo, superfluum dicitur respectu personæ, quod non solum respectu naturæ, sed etiam status personæ superfluum.

Sciendum præterea est, necessitatem naturæ vel status non esse accipiendam mathematicè, sed moraliter, secundam, inquam, arbitrium viti pit, & prudentis, qui id necessarium arbitrabitur, sine quo nullo modo naturæ, aut personæ status conservari potest. Deinde id etiam dici potest necessarium, quo licet in præsentem nobis opus non sit, paulo tamen post opus habebimus. Quod ita intelligi debet, non ut opes, aut pecunia possint conservari sine superfluitatis nota propter omnes casus, qui aliquando accidere possunt, sed tantum propter eos, qui probabiliter, & quasi certò ita imminet, ut nisi nunc eis prospiciatur, postea provideri non poterit, alioqui peccaretur contra præceptum Domini prohibentis sollicitum esse de crastino Matth. 6. It enim sollicitus esse dicitur de crastino, qui hodie pro ea re sollicitus est, de qua satis tempore cras cogitare incipiet.

Ea igitur in præsentem superflua appellamus, quæ neque ad vitam, neque ad decentiam status Religiosorum sunt necessaria. Quare superfluum pensandum est ex omnibus circumstantiis Religionis, personæ, loci, temporis, officii &c. Unde qui in una Religione iudicatur moderatus usus, in altera, ut superfluus merito rejicitur; & quod in eadem Religionem uni est necessarium, respectu alterius iudicatur superfluum, & quod alicui tempore infirmis conveniens opportunumque est, id restituta sanitate eidem concedere verè derogat paupertati. Ac denique in eadem Provinciam sæpe eo victu, & vestitu, quo in uno Conventu monachi habitant, licet non utantur. Nam fieri potest, ut in illo loco cibus, sive alia res vilis reperitur, quæ in alio magno pretio debeat comparari. Quare ille dicitur moderatus usus; ut recte Cordub.

Corduba in Reg. B. Francisci. Cap. 6. quæst. prima, puncto primo advenit, qui est secundum quod salutaritatem status personarum, & secundam varietatem temporum, & locorum conditiones, & alias occurrentes circumstantias tam in quantitate, quam in qualitate rerum. Unde Prælati qui super illa ædificia, aut nimis curiosa construunt, dommodo illa excedant statum paupertatis, aut decem iam sui status, graviter contra paupertatem delinquent. Hæc conclusio simili ratione probatur. Quidquid superfluum est, paupertatis limites excedens notabiliter, non potest expendi à Prælato sine gravi, ac notabili culpa proprietatis, ut nuper probavimus.

Councili Viennense reprobat ac dicit magnificenciam ac superfluitatem adificiorum, etiam in templis presertim pro Regularibus Mendicantibus.

Speciatim vero superfluitatem adificiorum, nimiam magnitudinem, & curiositatem, etiam ipsam Ecclesiarum damnant imprimis Concilium Viennense, relatum in Clem. Exiv. s. Rufus verfic. *Quamvis*, de verbis signis, ubi sic dicitur: *Nec per illa vult sibi DEVS serviri, qua suorum servitorum conditioni, & status dissonant.* Et paulo ante in v. hinc est. Dicitur: *Nullo modo deinceps fieri faciant, vel fieri sustineant Ecclesias, vel alia quacunq; adificia, qua considerato Fratrum inhabitantium numero, excessiva in multitudine, & magnitudine debeat reputari.* Hæc ibi. Et quamvis hic solum de Fratibus Minoribus sermo sit, tamen in quantum præcipitur, ut adificia statui paupertatis, quem profitentur, convenientia construatur, commune est omnibus Religionibus, & ipsi rationi naturali consentaneum, quæ temperantiam rerum secundum utentis qualitatem requirit. De hac adificiorum vanitate & superfluitate conqueritur D. Hieronymus in Reg. Monachorum C. de paupertate, dicens: *Neque mihi aliquis opponat aves in fundam templum, mensam, lucernam, scyphum, & alia ex auro fabricata, tunc hæc probantur à Domino quando Sacerdotes hostias immolabant, & sanguis pecorum erat redemptio peccatorum, quam hæc omnia præcesserunt in figura; nunc verò cum paupertatem domus sue pauper Dominus decaverit, cogitemus Crucem, & delicias ludum putabimus. Sed nunquid tempus, ut habitet in domibus laqueatus primo ornatus, & compositus, & qua non tam ad usum sunt, quam ad delicias?*

Sensu SS. Patrum circa hæc adificiorum magnificenciam ac sumptuositatem.

Quem ab usum latius prolequitur Bernardus in Apologia ad Guilielmum abbatem, & in Epistola ad Fratres de monte DEI, ubi sic inter alia inquit: *¶ Jam enim subintravit de ere alieno sumptuosum, & (quantum sinit pudor) ambitiosa cellularum adificatio, & abjecta sancta simplicitate, & rusticitate quasi religiosas quasdam nobis creamus habitationum bonestates. Dimissam enim nobis à Patribus nostris jure hereditario formam paupertatis & sanctæ simplicitatis speciem, verum decorem domus DEI alienantes à nobis & à cellis nostris, per manus artificum exquisitorum, cellas non tam eremiticas, quam aromaticas adificamus nobis de elemosinis pauperum. Et post pauca: Ergo obsecro in peregrinatione hujus saculi, in malitia hac super terram adificemus nobis non domos ad habitandum, sed tabernacula ad deserendum: ut pote cito inde vocandi, & emigraturi in patriam.*

Divos Bonaventura in Epistola quam suo Ordini scripsit, quæ habetur titulo tertio libri Ordinis Minorum, enumerat damna, & incommoda, quæ ex adificiorum sumptuositate, &

superfluitate evenire solent, his verbis: *Occurrit adificiorum constructio sumptuosa, & curiosa, quæ pacem fratrum inquietat, gravat amicos, & hominum perversis judiciis multipliciter nos expedit, & non sine præjudicio paupertatis occurrit sumptuosas expensas. Nam cum Fratres pauci nolint esse contenti, facti sumus omnibus onerati, magisque sumus in posterum, nisi remedium celeriter opponatur. Et infra: Luce clarius prædicta omnia in maximum, & nullo modo dissimulandum vergunt nostri Ordinis detrimentum, quamvis tepidis & indecoris, & carnalia sapientibus, quasi jam facilia, inexcusabilia, & irremediabilia videantur; prava ergo prædilectam vitiorum consuetudinis viriliter vos, & Prælati rescitis, requirit hoc professio perfectionis nostræ, requirit tribulationum incursus, requirit mundus. Clamat S. Pater noster Franciscus, sanguisque Christi aspersus, & Dominus de excelsis, &c.*

Et idem quoque confirmat in aliis Epistola, dicens: *Nam frequentia discursus, & importunitas questus viles nos, & graves efficiunt, pro eo scilicet quod dum pauci volumus esse contenti, & adificia sumptuosa conamur erigere, vilia summo studio quarunt, v. b. lilia per incuriam perdimus. Et infra: Quotiam paupertas est nostri Ordinis prerogativa suavis. Væ nobis si hæc margarita concilianda porcis vulter exornatur. Discursum, curam, quasdam, sumptuositatem adificiorum, librorumque, vestrum, ac ciborum sic studeas computare, quod à professione excellencia, vita observantia non discordet. Eadem est enim profanumque mendacium, summa paupertatis voluntarium se professorem asserere, & verum nolle penuriam pati. Interius instat divitum affluere velle; & exterius more pauperum mendicare. Hæc ille: Qui etiam in Expositione Reg. B. Francisci Cap. 6. idem sæpius repetere non vult, & maxime in quæstionibus supra Regulam quæst. 6. Nec solum pauper à vana or Franciscus magno st. dio in suo Ordine sumptuosa adificia fieri interdixit, ut ex Clem. Exiv. epist. vi. v. aperissime constat, verum & D. DOMINICUS, Qui Romam revertens eum comeret ibi quoddam adificium aliqua sumptuositate constructum, statim ne ultra progredere præcepit. Ita Historia nostri temporis eruditissimi viri Ferdinandi del Castillo 1. parte Cap. 54. refert.*

Contra hanc adificiorum sumptuositatem plura etiam scripsit Dionysius Carthusianus de reformat. Claustrali art. 14. Guilielmus Partheniensis in de moribus Ecclesie C. de paupertate, & Expositores omnes Regule B. Francisci in dict. Cap. 6. Quod eos accepisse constat ex summis Pontificibus Clem. V. & Nicolao IV. quorum alter in Clem. Exiv. & aliter in Clem. Exiv. de verborum signis adificiorum sumptuositatem ac magnificentiam condemnant. Nec putet aliquis nos omnibus Religiosis unam eandemque mensuram statuere, sed tantum volumus, ut ea adificia attentio statui paupertatis cujuscunque Ordinis majora, vel minor erigantur, sic ut respectivè in omnibus vicietur superflua magnitudo, vana curiositas, aut nimia preciositas. Neque in his excedi potest sine gravi Religionis, aut paupertatis jactura, sequuntur enim ex hac superfluitate

IESU
Spirit.
II

Referuntur quinque gravissima damna, provenientia ex hac superfluitate.

Secundo propter malum exemplum, quo alii discunt ab eis similia facere, vel scandalizantur, quando vident eos, qui huiusmodi pro Christo spernere deberent, quarere vel sectari.

Tertio propter inquietudinem fratrum, propter huiusmodi aedificia & procuraciones, quia & devotio extinguatur, & disciplina Religionis plurimum dissipatur. Sicut scriptum est, venerunt struatores tui destruentes te, & dissipatores à te exibunt.

Quarto, propter spoliationem aliorum pauperum, quibus sepe elemosina praeipitur, & huiusmodi structura fiunt, ex quibus illi deberent vestiri, & pasci, dum quod istis datur, eis negatur, quia ad dandum utrisque saepe deficit tantum largitas & facultas.

Quinto, Quia quando nimis urgemus homines ad dandum, perdamus devotionem prius ad nos habitam, quod nec de predicatione, neque exempla, nec alio, qua facimus aedificantur, unde cum vident nos accedere, terrentur & timent, quod aliquid velimus ab eis petere, quod grave sit eis dare, & erubescunt negare: & si dederint non libenter, minus merentur, sic rebus & devotioibus privantur. Quibus verbis satis clarè, & aperte demonstratur Innumera damna, quae ex hac aedificiorum nimietate proveniunt.

Quibus etiam adungi possunt non contemnenda alia inconvenientia, quae sunt manifesta pericula, in quibus Religiosi extra monasterium vagantes, maxime juvenes versantur. Praeter ea mores religiosi in diluetudinem vertuntur, ac demum foris discurrentes varia carnis commoda venantur, familiaritates contrahere compelluntur, à poenitentibus munera quaerere, aedificationem animarum aliquando pro quaestu vendere, divitiibus adulati, scandala non curare, DEI, & Religionis honorem saepe conculcare non verentur. Quare Superiores maximam tenentur adhibere curam, ne terrena caelestibus, humana divinis praefereutes, subditorum salutem, ac proinde propriam, cum eorum teneantur reddere rationem, pro vili ac temporali lucro tantis exponant periculis.

Neque solum Concilii Viennense Religionibus arduissimam paupertatem proficientibus sumptuositatem, aut superfluum in aedificiis curiositatem, verum etiam in ornamentis, vasibus Ecclesiasticis, divino cultui, ipsique DEO dicatis prohibuit; ait enim, ut refertur in dicta Clem. Exivit. 8. rursus sup. versiculo, *Quamvis, in hac verba: Quamvis etiam paramenta, & vasa ecclesiastica ad honorem divini nominis ordinentur, propter quem fecit omnia ipsi DEUS, tamen quia absconditorum est cognitio, nec per illa sibi vult serviri, qua suorum servitorum conditioni, & statui dissonant, propter quod sufficere debent eis vasa, & paramenta ecclesiastica, decencia, in numero, & magnitudine sufficientia competent. Superfluitas autem & nimis pretiositas,*

vel quacunque curiositas in his, seu aliis quibuslibet non potest eorum professioni vel statui convenire. Haecenus Clemens V. apud Concil. Viennense ubi quamvis in specte loquatur de Fratibus Minoribus, ratio tamen, sive fundamentum, quod additur, universos monachorum Ordines comprehendit.

Quare Calixtus III. Pontifex Maximus cum ad ejus aures aliqui circa paramenta ecclesiastica Fratrum Minorum excessus petiverent (est Collectore privileg. verb. Ornamenta ecclesiastica.) suspiciens imperiale fecerat, ut in his rebus similibus excessibus sedulo obviaretur. Et Hugo in Regul. B. Francisci Cap. 6. apud Cord. eodem Cap. quaest. 13. ait: *Quid sit ars demonum sui speciei cultus DEI destruire in paupertate sanctissima versissimum DEI cultum & apparere devoti operam propositi devotionem extinguens, haec ille. Quare harum rerum superfluitatem verè devotionis & paupertatis impedimenta, multotiesque malorum causam esse prudenter annotavit nostri temporis vic sanctissimus, & de Christiana eruditione bene meritus Ludovicus Granatenfis. Is enim in Tract. de oratione 2. Parte agens de octavo impedimento devotionis. 9. 8. de vitio curiositatis sic ait:*

Ideoque quo perspicit demon quam grave sit istud impedimentum, summo petè conatur (ut Dicitur Lactantius) quosdam inquit) quoscumque cuiusvis conditionis bonis pretiosa, & elaborata ornamenta, quae templis, & monasteria sua condecorant, & quae sub praetextu pietatis ac devotionis, persuadendo eis, servit DEI nihil non debent, quodque expedit ipsorum usus superba construere aedificia & cubilia, quae ea libenter inhabitent. Quod sicut minimè rationi consentaneum iudicavit, qui sanctorum, ac spiritualium virorum doctrinam lecturavit. Viri quippe famuli DEI, parvi ista omnia pendunt, quin, & ea detestantur, & fugiunt, seu talia, quae queri, nec conservari citra cordis evagationem, temporisque salutem possunt, quod profecto exercitibus devotionis (qua subtilis, & tenuis valde est, ideoque levis ob casus prostratur) vehementer adversatur. Si namque D. Antonius contemplationem ipsi solis radij manè exortientis interurbabant, quanto magis solitudines in acquirendis, & conservandis terrenis (quae plumas alaeque habent ad evolandum) ipsius officient exercitibus. Eam ob causam, simul & ob alias plures apprimè commendatur Evangelica paupertas, cui proprium est cunctas illas superfluitates & curiositates ab ipsa radice extirpare, & sufficientes iudicaverit viles, ac contemptibiles, ad exemplum ejus, qui existens Dominus creaturarum omnium, dum nasceretur prae se prae se non habuit alium lectulum, nec prae stabulum venustus domicilium. Haecenus Granatenfis.

Nec mirum est D. DOMINICI filium obsequentissimum, ejusque instituti professorem ab ipso tanto Patriarcha hunc paupertatis spiritum sumpsisse; nam & ipse beatissimus vir DOMINICUS (ut eruditè refert F. Ferdinandus del Castillo i. Tom. I. Cap. 51. & Cap. 54.) ita in vita paupertatem etiam in cultu divino amavit, & veneratus fuit, ut nunquam permiserit ornamenta, sive paramenta ferrea, neque vasa aurea, aut argentea praeter calices in suo Ordine fieri.

Idem

Item S. Francis

Idem servasse magnum illum Minorum Patriarcham facile comperiet, qui ejus Regulam & Pontificum Clementis V. & Nicolai IV. decisiones perlegerit, servaturque usque hodie hic patetissimum tam in aedificiis, quam in ornamentis pauperum: us apud familiam Capucinorum, & Discalceatorum, qui in hac arctissima paupertate tenui rerum omnium usu contenti, gratissimum DEO præstant famulatum.

Non faves hac doctrinam reticorum calumniis

Nec opponat quis non licere hac tempestate, qua hæretici Ecclesiarum ac Monasteriorum magnitudini, ornamentorumque pretiositati detrahunt: hac nostra doctrina illorum impietati favere, nequaquam enim favemus, non enim absolute aedificia magnifica, ac sumptuosa, vel ornamenta valde pretiosa damnamus, sed tantum respectivè loquentes considerato statu paupertatis uniuscujusque Ordinis, qua ratione Concil. Trid. & Viennen. loquuntur, asserimus illicitam esse superfluitatem, aut nimiam pretiositatem, unde in illis Religionibus, quæ habent copiosos redditus, ut Carthusienses, aliæque monachales illustres ac magnificæ Ecclesiæ merito eriguntur, quæ tamen in pauperibus Ordinibus fieri prudenter prohibentur.

C A P U T VIII.

Qua ratione se gerere debeant Religiosi in illis, quæ pro eorum usu conceduntur, ut paupertatis votum non transgrediantur.

Religiosus superflua possidens incidit in vitium proprietatis.

ILLud imprimis statuo etiam annuente Prælato Religiosos non posse sine peccato proprietatis superflua respectu sui status possidere. Hanc Concil. tenent omnes Authores, quos sup. C. præcedent. Concl. 1. addaximus. Et ratione manifesta convincitur, quia secundum veriorum, & tutiorem sententiam Theologorum superflua opes sine peccato reineri etiam à secularibus non possunt, ut sentit S. Thom. 2. 2. q. 66. art. 7. & q. 87. art. 1. ad 4. & alibi sæpe, Alberus, Richardus, Paludanus, & alii in 4. Sententiarum distinct. 15. quo etiam loco S. Th. q. 2. art. 1. quaest. 4. scribit hanc esse communem Theolog. sententiam, quod probat 1. ex illo loco Matth. 6. Nemo potest duobus Dominis servire: non potest DEO servire, & mammonæ. Servire autem mammonæ nihil aliud est, ut ibi testantur Chryostomus & Hieronymus, quam super vacaneas divitias, oviolas pecunias, aut vestes, aut alia id genus congregare. Similiter Luc. 3. dicitur: Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas, similiter faciat. quo loco per duas tunicas, aut escas aperit, quod superfluum est, significatur. Nam ut S. Hieronymus in Epistola ad Eddibiam q. 1. explicat, una tunica dicitur vestimentum unicuique necessarium. Quare si alicui tres, aut quatuor vestes per hyemem necessariæ sint, omnes illæ una tunica censentur; nam ibi non egit Christus Dominus, ut notat Euthymius Matth. 10. de pluribus vestibus diversarum rationum, quæ velut unum indumentum constituunt, sed de vestibus mutatoris ejusdem rationis, ut sunt duæ cappæ vel duo habitus, & hoc Thom. à Jesu Oper. Tom. 1.

est, quod ibi dicitur, ut qui habet duas tunicas ejusdem rationis, quia superflua solent esse unam alteri det, neque hoc est consilium, sed potius præceptum. Nam cum dixisset ibi D. Joannes: Omnis enim arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. quæ: eni: bus turbis, quid ego faciemus? Respondit: Qui habet duas tunicas &c. Et confirm. ex illo Luc. 12. ubi Christus Dominus diviti illi de suis bonis recedendis cogitanti dixit: Stulte hac nocte reptent à te animam tuam, &c. Quem locum tractans D. August. in lib. 50. homiliarum, hom. 7. asserit divitem illum non ob aliud peccatum fuisse damnatum, nisi quia superflua retinebat: & idem sentit de illo, qui induebatur purpura, & epulabatur quotidie splendide.

Quæ scripturæ loca potius iure illis Religiosis convenire debent, qui ultra necessaria, superflua retinent. Et maxime in illis Religionibus, ubi alii Religiosi egestate premonentur. Hinc igitur à fortiori, quam sæculi divites Patrum testimonio damnantur. Contra quos adduci potest illud Basilii in orat. sup. illa verba, destrua horrea mea &c. Est panis, inquit, famelicis quem tu tenes, nuda tunica, quam in conlavi conservas, discalceatis calcus, qui apud te marcescit, indigentibus argentum quod possides inhumatum. Quoties tot pauperibus injuriam facis, quot dare valeres. D. Hieronymus ubi supra, si plus, inquit, habes, quam tibi ad victum, vestitumque necessarium est, illud eroga, & in illo debitorum te esse noveris, & apud Gratianum dist. 42. Can. hospitale, idem Hieronymus ait: Aliena rapere convincitur, qui ultra sibi necessaria retinere probatur. S. August. in Psal. 147. superflua, inquit, divitis, necessaria sunt pauperi; aliena retinet, qui ista tenet. Quod si hæc Patres & plurima alia, quæ ob brevitate omittimus, contra divites seculares scripserunt; Quæ in Religiosos nostri temporis plus quàm sæculi divites abundantes proclamarent?

Quare subditi non possunt excusari dicentes, illa esse sibi à Prælati concessa, habereque animam paratum, ut pro voluntate Prælati possint sibi auferri. Tum quia frequenter hæc facultates solent extorqueri violentè, precibus, aut vi, vel tantum permitti solent ad evitanda majora mala; tum quia etiam si libere omninoque spontaneè concederentur, non excusantur superflua accipientes cum tali facultate à peccato proprietatis, quia Prælati, ut sup. C. præced. demonstravimus, similes licentias non possunt concedere.

Probat præterea ex Patribus Cap. 1. & 2. hujus 4. Partis citatis, qui omnes suis Reg. his præcepere ut omnibus Religiosis bona monasterii distribuerentur, secundum indigentiam, & necessitatem eorum, ut unicuique opus est. Per quæ verba omnino rejiciunt superfluum usum, idque loculen:er expressit Trid. dist. Cap. 2. dicens nihilque superfluum in ea sit. Quæ verba tam ad Prælatum concedentem, quam ad subditum utentem diriguntur. Et in Clem. 1. de statu Monachorum stricte prohibetur monachi D. Benedicti qualibet pretiositas, aut superfluitas in suis usibus. Quam decisionem omnibus Religiosis convenire affirmavit Navarr. Comment. 2. de Regul. n. 27. & expresse D. Benedict. in sua Reg. Cap. 55. vera superfluitatem dicens: Accipientis nova vestimenta, vetera semper reddant in presentis deponenda, sufficit enim monacho duas tunicas, duas

cucullas habere propter noctes, & ad lavandas ipsas, jam quod supra fuerit, est superfluum & amputari debet, & quodcumque est vetustum, reddant, cum accipiunt novum. D. Hieronymus in Regul. Monacharum. Cap. 2. Certè, inquit, non tunicam, nisi qua ex necessitate portatur, non caligem, neque aliud minimum quodque. Et in eadem Reg. Cap. 3. non retineatur aliquid quantumcumque minimum ultra ea, quæ ex necessitate portantur. Et infra: Si quæ verò supersunt, uno claudantur in loco D. Basil. in quæst. fusiis explicatis. q. 2.2. de Religiosorum vestibus tractans, duplicatas eis habere non permittit, & in Regula brevior. interrogat. 70. agens de suppellectili Religiosorum, ait: usus enim mentura est inevitabilis necessitas utendi, & interrogat. 90. prohibet duplicatarum vestium usum D. Augustinus in sua Reg. Non sit, ait, notabilis habitus vestis, id est, pretiosus, & ex D. Francico satis constat strictissimum tantum usum rerum Fratribus suis concessisse. Retum igitur superfluitas à viro religioso non solum requirenda non est, verum & longè profiganda.

Attenda ergo unusquisque suæ professionis limites, patrimoniamque sectetur in omnibus, nec vanè se extollat delicias in paupertate, vitæque austeritate quærens. Abiit enim, ut credamus tantas, quantæ hodie in plerisque monasteriis sunt, vanitates, ac superfluitates, à Regula fuisse concessas, vel iustè à Prelatis permittas. Miror etenim (ut cum Bernardo ad Guilielmum Abbatem clamem) unde inter monachos tanta intemperantia in commensationibus, potationibus, in vestimentis & lectisteriis, & equitibus, & construendis adificiis inolescere potuit; & quod deterius est, ubi hæc studiis suis, voluptuosius atque effusius fiunt, ubi ordo melius teneri dicatur, ubi major præstetur religio. Ecce enim parcitas putatur avaritia, sobrietas, austeritas creditur, silentium tristitia reputatur. E contra remissio, discretio dicitur, effusio liberalitas, loquacitas affabilitas, cachinnatio iucunditas, mollicitas vestimentorum, & equorum fastus honestas; lectorum superfluis cultus munditia, cumque hæc alterutrum impendimus, baritas appellatur. Ista charitas destruit charitatem, hæc discretio, discretionem confundit, talis misericordie, crudelitate plena est, quæ videlicet ita corpori servitur, ut anima juguletur. Quæ enim charitas est, carnem diligere, & spiritum negligere? Quare discretio totum dare corpori, & animæ nihil? Quales verò misericordie ancillam reficere, & dominam interficere? Nemo pro huiusmodi misericordie speret se consequi misericordiam, quæ misericordibus promittitur in Evangelio, Veritatis ore dicens: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sed certissime potius poenam expectet, quam tali (ut ita dicam) impio misericordie S. Job magis prophetizando, quam affectando impetratur. Non sit, inquam, in recordatione, sed conteratur quasi lignum infructuosum.

Et infra idem Bernardus (1. Timoth. 6.) Habentes victum & vestitum, his contenti simus. Nobis autem est pro victu satietas, nec vestitum appetimus, sed ornatum. Quaritur ad induendum, non quod utilius, sed quod subtilius invenitur, non quod repellat frigus, sed quod superbie compellat; non denique (juxta Regulam) quod vilius comparari potest, sed quod venustius, imo vanius ostentari. heu me miserum qualemcumque Monachum! Cur adhuc viso vides, e ad id devenisse Ordinem nostrum, Ordinem scilicet qui primus fuit in Ecclesia, imo à quo cepit

Ecclesia, quo nullus in terra similis Angelicis Ordinibus, nullus vicinior ei, qui est in caelo Hierusalem mater nostra, sive ob decorem castitatis sive propter charitatis ardorem, cuius Apostoli instituerent, cuius hi, quos Paulus tam sepe sanctos appellat, inchoaverunt existerent?

Et quidem inter illos, cum nihil quod suum esset quispiam retinisset, dividebatur, ut scriptum est, singulis prout cuique opus erat, non igitur quod quisque pueriliter gestire poterat. Sane ubi tantum, quod opus erat, accipiebatur; ubi nihil proculdubio otiosum admittiebatur, quanto magis nihil curiosum quanto magis nihil superbum? Quod inquit opus erat, hoc est, quantum ad indumenta, quod & nuditatem tegeret, & frigus repelleret. Putasne ubi cuiquam galabrum aut issembrum quærebatur ad induendum? cuiquam ducentorum solidorum mula parabatur ad equitandum? Putasne inquam cuiuspiam ubi lectuli optiorum cattinum, aut discolor barricanus operiebat, ubi singulis dividebatur tantum, prout cuique opus erat? Non illic arbitretur valde curatum fuisse de pretio, de colore, de cultu vestimentorum, ubi tam indefessum iurat fudicam in concordia morum, animorum coherens, profectuque virtutum. Multitudinè inquit credentiam erat cor unum & anima una.

Ubi nunc illud animanimitatis exercitium? Fusi sumus exterius, & de regno DEI, (quod intra nos est) relicti veris, ac perennis bonis, fors quarimus vanam consolationem, de vanitatibus, & insaniis falsis, ac iam religionis antiquæ non solum virtutem amisimus, sed nec speciem retinemus. Ecce enim ipse habitus noster (quod & dolens dico) qui humilitatem esse solebat in signe, à monachis temporis nostri, in signum gestatur superbia. Vix jam in nostris Provincia invenimus quo vestiri dignemur. Miles, & monachus ex eodem panno parantur sibi cucullam, & chlamydem. Quivis de saculo quantumlibet honestus, etiam si Rex, etiam si Imperator fuerit, non tamen nostra horrebit indumenta, si suo sibi modo preparata fuerint & aptata.

Ceterum in habitu, inquit, non est religio, sed in corde. Bene. At tu quando cucullam empturus lapsus urbes, fora circûs, percurris mundanas, domos tractaris negotiorum, cunctam exercitum singularem supellectilem, ingentes explicas pannorum cumulis, attritas digitis, admoveas oculos, solu opponis radu? quidquid grossum, quidquid pallidum occurrerit, respicis. Si quid autem sui puritate ac nitore placuit, illud mox quanto libet pretio sarago tibi retinere. Rogo te, ex corde facti hæc, an simpliciter? Cum denique contra regulam non quod vilius occurrerit, sed studiosissime quaris quod quia variis invenitur pretiosius, emitit, ignorans facti hæc, an ex industria? Ex cordis thesauro sine dubio procedit quidquid foris apparet vitiosum, vanum cor vanitatu notam ingerit corpori, & exterior superfluitas, interiori vanitatis indicium est. Molliora indumenta, animi mollietatem indicant. Non tanto curaretur corporis cultus, nisi prius neglecta fuisset mens inculta virtutibus. Miror autem cum regula dicat, ad magistrum respicere quidquid à discipulis delinquitur, & Dominus per Prophetam, sanguinem in peccato morientium de manu Pastorum requirendum esse minetur, quomodo Abbates nostri patiuntur fieri talia, nisi forte (si audeam dicere) nemo sidenter reprehendit in quo se esse irreprehensibilem non confidit. Siquidem humanitatis est omnium, in quo quisque sibi indulget, alium non vehementer irasci.

Diam,

Dicam, dicam, presumptuosus dicar, sed verum dicam. Quomodo lux mundi obtinebatur a est? quomodo sal terra insatuum est? quorum nobis vita via vita debuit esse, dum exemplum in suis actibus ostendunt superbia, caci facti sunt duces casorum. Quod enim (ut cetera taceam) specimen humilitatis est, cum tanta pompa, & equitatu incedere, tantis hominum crinitorum stipari obsequiis, quatenus duobus Episcopis unus Abbas multitudo sufficit? Mentior si non vidi Abbatem sexaginta equos, & eo amplius in suo ducere comitatu. Dicat si videat eos transientes non Patres esse monasteriorum, sed Dominos castellorum; non Rectores animarum, sed Principes Provinciarum. Tum deinde gestari iubentur mappule, scyphi, bacini, candelabra, & mantica suffaricata, non stramentis, sed ornamentis lectulorum. Vix denique quatuor leucis a sua quispam domo recedit, nisi cum tota suppellectili sua, tanquam sit vel uturus ad exercitum, vel transiurus per desertum, ubi non valeant inveniri necessaria. An non possit eodem vasculo & aqua manibus vergi, & vinum bibi? An non possit ardere lucere lucerna, nisi in tuo quod portas candelabro, & hoc aureo vel argenteo? An non possit dormire, nisi super varium stratum, aut sub peregrino cooperatorio? An non unus aliquis minister possit & iumentum ligare, & ad mensam servire, & lectulum preparare? Nunc ergo tanta multitudini garsonum, ac iumentorum (cur vel ad solatium mali) nobiscum non ferimus necessaria, quatenus hospites non gravaremus?

Sed hac parva sunt, veniam ad majora, sed ideo visa minor, quia usitata. Omitto oratoriorum immensas altitudines, immoderatas longitudines, supervacuas latitudines, sumptuosas depunctiones, curiosas depunctiones; quae dum orantium in se retorquens aspectum, impediunt & afficiunt. Hac Bernardus.

Jam (pro dolor) nostris temporibus plures Religiosos propriae professionis obliros confpicimus ita post emissum de Evangelica paupertate votum terrenis cupiditatibus trahi & alligati, ut inexplibili pecuniarum desiderio semper videantur flagitare, & pro his retinendis humanas divinalque leges contemnunt. Quid vero de his dicam, qui in cellis amplissima suppellectili, paramentis, picturis, imaginibus aureis, aut argenteis, alioque reium vario, & multiplici ornatu, divitum saeculi more abundare non verentur? Quid & taceam de aliis, qui infinita libri orum aut codicum multitudine armaria replent, quos fere nunquam ipsi nec vident, nec ab aliis legi permittunt, illosque secum per varia cenobia magnis sumptibus, strepitu magno, & pusillorum scandalo deferunt?

Omitto alias superfluitates, ut sunt varia pretiosaque horologia, vasa fictilia, & alia nana, quibus mulierum, aut puerorum more delicati monachi capiuntur. Ac denique molles vestimentorum, equorum fastus, lectorum superfluous cultus ac suppellectilium aliarum superabundantia, & ubi forte alii ex commilitonibus monachis vestes habent conrinas, vixque eis paupertate oppellum monasterium novas potest concedere, ipsi tot, ac tantis abundare non verentur. verè jam Religionis antiquae, non solum virtutem amissimus, sed neque speciem retinemus. Quis in principio, cum Ordo cepit monasticus, ad tantam crederet monachos labem devenituros?

Præterea inferitur majori culpa notari, qui res monasterii in usus illicitos consumunt, aut alias perdunt, vel dissipant, imò & moraliter loquendo eodem modo peccare credendum est, qui rem aliquam suae curae commissam ex negligentia perdit, atque eum, qui ex indultia illam dissipat.

Atque adeo tenetur Religiosus quando aliquid ad usum habet, attendere ne notabiliter consumatur, perdat, aut minuat, propter negligentiam suam, alias peccabit mortaliter contra paupertatis votum, & si in rebus minimis hanc habet incuriam propter materiae paupertatem erit peccatum veniale.

CAPVT IX.

Qualis debeat esse cura Officialium monasterii circa res sibi commissas.

EX superiori doctrina rursus inferitur, quanta debeat esse Officialium monasterii (ut sunt œconomus, Sacrista, librarius, & reliqui) cura circa res, quæ sibi custodiæ & administrationi demandatæ sunt, horum enim officium est commissas sibi res diligenti cura custodire, fideliterque tractare in ordine ad bonum commune. Et contrarium facientes contra paupertatis votum graviter delinquent, ut affirmat Anonimus 3. parte tit. 15. Cap. 1. §. 11. Et Basil. in questionibus brevioribus quest. 143. curam Officialium circa res monasterii declarat, ubi interrogat, quomodo curam gerere debeant operantes concredita ipsis suppellectili? Et respondet: Primum velut DEO devota, ac dicata, deinde velut non potentes absque ipsa debitum impigram studium ostendere, & quest. 144. repetit. Si negligentia perdat quid, aut ex contemptu abutatur. Resp. Qui abutitur, velut sacrilegus, qui verò perdit, sacrilegii causa iudicetur omnium DEO nuncupatorum, ac dedicatorum, & in Regulis suis declaratis interrogatione 9. fere eadem repetit. Quam sententiam præ oculis habere debent Conventus Officialia, propter quorum incuriam multoties eis concredita res perduntur, vel notabiliter minuantur.

Cassianus lib. 4. Cap. 14. suorum temporum monachorum curam circa res monasterii laudans, tantam circa illas diligentiam habere ait; ac si essent propria, adeoque earum dominium exuisse, ac si extranei essent, & peregrini, & in Cap. 19. eandem rem prosequens ait: Tanta sollicitudine curaque suscipientes custodiunt, ne quid ex eis immineatur, vel periat, ut credant se etiam pro minimis quibusque vasis tanquam pro sacrosanctis rationem non solum dispensatori presenti, sed etiam Domino reddituros, si forte aliquid ex eis negligentia eorum fuerit immutatum. In cujus rei confirmationem Cap. 20. memorabile illud tritumque adducit exemplum illius Fratris, qui cum properatè lentici las coctioni præparatæ, quia tria grana ab eo sunt præmissa, cum ab œconomio prætereunte conspiceretur confestim super hoc Abbatem consulit à quo, ut Cassian. 2. inquit, velut interversor, neglectorque sacri peculij iudicatus ab oratione suspensus est. Cuius negligentia reatus non ei aliter remissus est, nisi cum publicè

Quanta cura ac diligentia res monasterii tractanda ac conservanda?

paupertatis diluisset. Hæc Cassianus. Tanta erat monachorum illius temporis circa monasterii bona cura, & diligentia, cujus rei eodem Cap. 10. rationem reddidit, Cassianus his verbis. Propter quod si quid fuerit in monasterio semel illatum, ut sacrosanctum cum omni decernunt reverentia debere tractari. Tantaque fide universa procurant atque dispensant, ut etiam ea, qua despectui habentur parvaque reputantur ac vilia, si vel loco moverint, vel competentiis collocaverint, mercedem se consecuturos à Domino tota credulitate confidunt.

S. Benedictus idem in sua Regulæ præcepit Cap. 31. Imo addit res monasterii tanquam sacras debere tractari, quæ etiam doctrina est Augustini ut supra vidimus Cap. 3. secund. Partis. Præterea hæc curæ exhibendæ etiam circa res minimas monasterii curandas aliquas adducit rationes Turrecremata super Regulam D. Benedicti, ubi res etiam quæ parvæ, & viles videntur omni fide tractandas docet.

Rationes
id suaden-
tes ac
probantes

Prima est, quia Religiosi mendici sunt & pauperes, atque adeo ea, quæ semel perduntur sine magno suo labore, seculariumque gravamine iterum acquiri non possunt.

Secunda, quia illa, quæ à nobis perduntur, pauperibus abiata sunt, & propter ea DEI servos minimè decet propter suam ignaviam id quod à pauperibus abiatum est destituere.

Tertia, quia sicut personæ religiose DEO consecratæ sunt, ita omnia illa, quæ in earum servitium, aut commodum à Fidelibus offeruntur, atque adeo tanquam rerum consecratarum habenda est horum ratio. Denique Dionysius Carthusianus Tom. 2. operum Minorum lib. de ex-

emplis, & documentis authenticis art. 3. ait: Per namque religiosi non seipso tantum, sed omnia quoque ad monasteria pertinentia DEO consecrata, & cum omni reverentia esse tractanda credunt. Ideo negligentia arguuntur, qui res earum usui concessas non satis custodiunt, qui per negligentiam utensilia frangunt, potum effundunt, sine licentia aliquid dant, vel quovis modo damnam inferunt domus suæ. Itaque cum gratiarum adiutor, moderamine, & timore utamur rebus nobis concessis.

Circa quam doctrinam, advertendum est, hanc obligationem non solum apud Prælatos monasterii Officialiales, quibus specialiter illorum observatio demandata est, sed etiam multoties apud particulares Religiosos residere. Si enim videant aliquam rem destrui, vel perditam, eique commodè possint subvenire, non est nihili dubium ad hoc eos teneri. Ita colligo ex Cassiano supra citato loco, & affirmat Basilii ubi supra quæst. 41. his verbis: Instrumentorum cura principaliter ad cujusvisque artis opificem pertinet. Si vero aliquando aliquid neglectum esse contingat, veluti communis possessio ita ab eis, qui primum id viderunt convenienti prudentia curetur. Nam etiam si usus ipsorum proprius est, attamen utilitas ex ipsis communis est, contemnere enim alterius artis instrumenta velut ad se nihil pertinentia abalienationis signum est.

Est tamen advertendum Religiosum in hoc casu negligentem contra pauperes tantum non peccare, sed contra charitatem, quia bona monasterii convenienti prudentia curare tenetur.

Ut docet D. Thomas 2. 2. quæst. 188.

art. 7.



QVINTA

QUINTA PARS DE PAUPER TATE, QUÆ ETIAM IN COMMUNI APVD MENDICANTES OBSERVATUR.

Ex Cap. *Non dicatis*. 12. quæst. 1.

Non dicatis vobis aliquid proprium, sed sint vobis
omnia communia, &c.

ORDO SERVANDVS.

Restat, ut in hac quinta Parte de illis Religiosis agamus, qui paupertatem non solum in particulari profitentur, verum etiam in communi, possessionibus, redditibus, & aliis immobilibus bonis propriis omnino renunciantur, quibus verè strictèque adaptari possint adducta verba: *Non dicatis vobis aliquid proprium;* tum neque in particulari, neque in communi proprium saltem immobile retineant. Oportet igitur, ut hujus generis Monachorum statum, Conditionesque explicemus. Quare de illorum statu, & perfectione, deinde quorum bonorum sint capaces: Vbi, An possint Hæredes institui, legata ex testamento capere, annuos redditus acceptare, aliaque hujus generis bona habere, differemus.

CAPVT I.

Religiosi Mendicantes qui sint, unde dicuntur, qualis eorum professio, & de eorum arctitudine & perfectione.

Cum in Ecclesia DEI pro ejus varietate & Religiosorum varietas ab initio fuerit introducta, in tanta diversitate ac Ordinum varietate, non omnes, quantum ad paupertatem in communi attinet, una gradum diiunctur via, possent autem omnes ad tres vendendi modos reduci.

Alii vivunt ex labore proprio, vendentes aliquid, & ementes aliud, quales olim fuerunt Eremitæ (de quibus scripsit Cassianus Lib. 4. de Institutis renunciantium Cap. 4. *Ab ingredientibus eorum monasteria, aliquid suscipere nullatenus acquiescunt, sed manuum suarum labore, & industria sustentantur*, pluresque alii Religiosi, ut plenius scripsimus in Commentatis nostræ Regulæ in Cap. de labore manuum.

Alii ex bonis communibus vivunt, ex bonis, inquam, quæ Religiosi ipsi ad monasterium defertunt, quæ ipso Jure statim post professionem

emissam ad ipsum pertinent, juxta Authenticam, *Ingressi*. C. de sacrosanctis Ecclesiis.

Alii ex Eleemosynis sibi spontè oblati, aut ex mendicatione acquisitis sustentantur; quamvis congruenter hæc tres Ordinum Classes, quatenus ad præsens attinet institutum, ad duo genera reduci possunt. Alterum eorum, qui ex Fructibus possessionum, & redditibus vivunt, sive possessiones illæ Monachorum professione monasterio acquirantur, sive à sæcularibus oblationibus, piis legatis, aut alio modo relinquuntur. Et si dicantur servare tantum paupertatem in particulari, non verò in communi. Alterum vero eorum, qui in communi nullas possessiones, nullaque immobilia bona, aut redditus, quibus alantur, ex vi sive Regulæ aut Constitutionum habere possunt, sed vel labore manuum necessaria sibi parant, aut victum præbet eis incerta mendicitas.

Duplex
præcipue
Religiosorum
genus.

Primum genus Religiosorum, qui possessiones, aut redditus pro victu necessario possident, olim maximè fuit in usu apud PP. imprimis D. Benedicti. ut habetur in *vita s. Placidi*, Bona quæ fuerant Monachorum non licebat aliò dei vari, quam ad sua Monasteria, ut inde multos DEI servos alere possent. Et D. Bernard. *Epist.* 1. ad Robertum: *Offenditur*, inquit, terra, quæ cum illo ex pro illo dicitur data fuisse. Neque D. Basilium

IESU
Spirit.
II

lium his possessionibus renunciasset, eorum com-
sape Monachis suis agrorum culturam susceperat,
quæ possessiones propriè supponit. Idem fecit
Gregorium Papam ex ejus vita relata à Joanne
Diacono *lib. 1. & 5. Cap. 6.* constat, Cum ibi
dicatur, ex Patrimonio suo 7. monasteria ere-
xisse, sex in Sicilia, unum vero Romæ, & sin-
gulis prædia & possessiones donasse. Ex Regula
quoque D. Augustini, aliisque ejusdem locis
supra *prima parte Cap. 6.* relatis, hic vivendi ex
possessionibus modus aperitè colligitur: Imo &
hodie hoc vivendi genus apud omnes Ordines
Monachales, puta Carthusienses, Hieronymia-
nos, & alios praxi receptum videmus.

Alium genus Religiosorum, quod Mendicantium appellatur, est eorum, qui possessionibus carentes, ex mendicitate & fidelium elemosynis vivunt. Qui ideo mendicantes dicuntur, quia ex sua Regula vel professione ad congruam sustentationem redditus, aut possessiones habere non possunt, ut constat ex Capitulo unico de religiosis domibus in *sexto*, Et communiter Scribentes ibi, & in Capitulo, *In presentia*, de probationibus. Concessi igitur sunt hi Ordines in adjutorium Episcoporum, ut eorum ministerium prædicandi, & Confessiones audiendi ipsi sua vita & exemplo adjuvent, ut dicitur in Concilio Meldensi, *Cap. 3.* & Romæ homageni apud Butchart. *lib. 1. Cap. 88* habeturque expressè in Clementina, *Dudum 5. Cæterum de sepulchris*, Et in Extravag. *Sup. Cathedra. §. finali*, eodem tit. juncto *Cap. Inter cætera de officio ordi.* Et D. Thom. *2. 2. quæst. 187. art. 1. ad 3. & q. 188. art. 4. ad 2. & 3.* Et quamvis proponere DEI verbum, & functiones alias proximorum salutis gratia exercere, proprium videatur Episcoporum, tanquam qui veri Apostolorum Successores sunt, cum tamen omnia hæc per se ipsos præstare nequeant, singulari providentia, ac non sine divino consilio à summis Pontificibus factum est, ut Religiosorum Ordines, maxime tamen eorum, qui Mendicantium functione gaudent, specialiter deputarentur, qui Episcoporum, Parochorum, ac præcipuè Sedis Apostolicæ conatum in tuenda Catholica fide, ac Efficaciorum procuranda salute, ipsius Sedis auctoritate saluti adjuvant, ac hoc Apostolicum munus, tum inter Christianos, tum inter Infideles, oppidatim per varia regna, & Regiones discurrendo obirent.

Quare Ordines Mendicantes potissimum instituti.

Quare merito, à Gregorio Magno, emanavit Religiosi decretum, ubi habetur decima sexta q. 1. C. Ex auctoritate, ubi, *Ex auctoritate inquit hujus decreti, sacerdotibus monachis, Apostolorum figuram tenentibus licet prædicare.* Hæc Gregor. qui Apostolorum munere fungi voluit Monachos, non quia in potestate, aut jurisdictione Apostolis succedant, (hoc n. munus potius ad dignitatem spectat Episcoporum) sed quia suis discipulis, & missionibus animarum profectibus more Apostolorum student. Unde Apostoli ac Religiosi, qui his per universam orbem missionibus illos imitantur, *nubes in sacra scriptura*, merito appellantur, quia aqua Evangelii portant, populis effundendas, ut irrigentur terræ populorum, & de hac cælesti pluvia virtutum fruges spirituali ope multiplicentur.

Quare nulli dubium esse potest, si Catholicè sapiat, omnibus Religionibus Mendicantibus

non solum conforme, sed & præcipuum esse saluti institui partem, salutis animarum studere, esseque adeoque divini in instituta, & vocatas ad fidei pietatisque propagationem, motum institutorum, ac communis boni conservationem. Quare concilium Viennense, ut refertur in Clementina, *Dudum 5. Cæterum de sepulchris*, Episcoporum coadjutores sive cooperatores in prædicationis officio, ac in aliis spiritualibus functionibus Mendicantes Ordines constituit. Videndum quoque de hoc a gumento tradidimus in *3. parte missionum*, sive de propaganda à Religiosis per universam orbem fide: & libro secundo *part. 3. operum prædicationis omnium Gentium procuranda*, ubi divisiones instituit Mendicantes, & quale hinc sit Bonaventura in Tract. *Quare Fratres Minores prædicent*, Tom. 1. ubi in introitu Rectoris Ecclesiæ DEUM imitari debere, qui etsi omnia per se possit, dignatur tamen in quibusdam operibus suis, habere Coadjutores, & vicarios; in hoc præbens exemplum Ecclesiæ Rectoribus sollicitudinis suæ onus impariendi, ne per ipsorum absentiam & insufficientiam salus Fidelium negligatur.

Prædictis ergo (inquit D. Bonaventura) de causis in his novissimis temporibus, de quibus prædicit Apostolus. 2. Timoti. 3. quod instaurant tempora periculosa, ex multiplicatione peccatorum, ex numeritate rudium populorum, & seditione Hæreticorum, & raritate bonorum, & difficultate regendi, & insufficientia Prælatorum, & perplexitate casuum emergentium, & aliorum periculorum Eccl. imminentium, ex variis eventibus, providit Sedes Apostolica, ad obviandum præfatis periculis, quibus iniquè reinedium subventionis animabus precursu adinustrandis, quod divina ordinatione Religiosos quosdam Ordines constituit, qui officio prædicandi, & Confessionis sibi commissæ, subventum indigentia populorum, & insufficientia Clericorum, & obstanti versutis Hæreticorum, & hoc in solatium & sublevamen oneris, non in præjudicium plebanorum.

Et infra Temporalissime quippe, ait, sic disposita divina sapientia, & instituit sedes Apostolica, ut per Ordines prænotatos in Prædicatione & confessione, defectus Clericorum suppleantur, & animæ salventur.

Et post pauca) Quod autem quandoque Religiosi ad salvandos Fideles, in Eccl. sia essent vocandi, ostenditur in Evangelio Luc. 5. Cum Dominus dixit Petro: *duc in altum, & laxate retia vestra in capturam*, conclusæ autem piscium multitudinem copiosissimam, rumpebatur autem rete eorum, & annuerunt socii, qui erant in alia navi, ut venirent & adjuvarent eos, & impleverunt ambas naviculas: *mare est factum*, Navicula Petri est Ecclesia fidelium; Rete est Evangelica doctrina, per ipsam Domini tanta piscium multitudo concluditur, quod rete rumpitur, quia tot ad fidem veniunt, quot eam etiam hæresibus siccant; sed cum Petrus cum suis trahere non valeret, annuerunt socii in alia navi, ut venirent, & adjuvarent eos; quia Prælati Ecclesiæ cum Clero, non sufficientes per se tantam plebis multitudinem trahere ad littus vite perpetuæ, annuerunt, admittendo socii Religiosos, scilicet, Joanni & Jacobo, actibus, & Contemplativis, ut venirent, comparando animarum periculis, & adjuvarent eos, tam qui trahunt,

trahant, quam illos, qui trahuntur, illorum infirmitatem relevando.

(Deinde subdit.) Quod autem prioribus temporibus in Ecclesia non erant vocati, vel missi a Sede Apostolica Religiosi, ad prædicta officia Prædicationis, & Confessionis, ut nunc sunt missi, ista fuit ratio: Cum morbus adhuc parvus esset, paucioribus indigeret remediis, & levioribus, sed cum aperiret invalescere, & latius se diffundere, ne desperabiliter ager periclitetur, necesse est, plura, & efficaciora remedia adhiberi: ita etiam cum status mundi, modo deterior sit, quam olim, expedit plures nunc esse sublevantes, juxta illud Luc. 10. Missis multa, operari vero pauci, idonei & fideles. Rogate ergo Dominum missi, ut mittat operarios in vineam suam. Ac demum Concludit Seraphicus Doctor: Cum igitur jam sit Ecclesia quasi navis tempestate concussa, in qua remigantibus pavore tremantibus procella tumentes, peno operiuntur navem, missi sunt Fratres ad summum gubernatorem, scilicet auctoritate sedis Apostolicæ, ut in naviculis suis discurrerent per mare, quos ex naufragio peccati periclitantes invenirent, & rapiant ex unda & ad litus salutis reportent. Hacenus D. Bonaventura.

Ex qua doctrina colligit D. Bonavent. in eodem opusculo, prædictas Religiones teneri ex charitate salutis proximorum subvenire. Et doctissimus Pater Dominicus Bagnæ. 2. 2. q. 3. art. 3. dub. 3. asserit, Ordines Mendicantium teneri sub præcepto, habere specialem curam, ut Religiosi se exercent in doctrina, Prædicationibus, & Confessionibus, cujus eam reddit rationem: Quia finis prædictorum Ordinum est salus animarum: Et ideo Prælatis tenentur ad media procuranda, nec non & subditi tenentur ex professione suâ discurrere, ut sint idonei ad exercenda potissimum sui Ordinis munia sub peccato mortali, & ex consequenti, tenentur peculiari obligatione, ad studium litterarum, quoniam hæc est dispositio idonea. De horum Mendicantium numero sunt Patres Prædicatores, Carmelitar, Minores, Augustiniani, & alii, ut sunt Serviti, Minimi, & Religiosi Societatis Jesu, ut ex privilegiis dictis Ordinibus concessis constat. Jure autem communi solum sunt expressè approbati, quatuor Ordines Mendicantes, qui præcipui sunt inter omnes videlicet Minorum, Augustinianorum Prædicatorum & Carmelitarum, ut constat ex Cap. unico de religiof. domibus in sexto, ubi cum in hoc Capitulo intenderet Concilium, Ordines omnes Mendicantes è medio tollere, à rigore hujus decreti, excepti prædictos Ordines, ac proinde videtur illos inter Mendicantes declarasse, ex quo capite, in specie de Carmelitis loquendo colligunt esse Mendicantes, Dominici. ibidem & Joannes Andreas in Cap. Quorumdam, de electione in 6. ut refert ibi Glossa, ve. bo. Mendicantium. & approbat Felinus, in Cap. In præsentia, de probationibus num. 53. Quare minor Navarrum, in Cap. Placuit de penitentia dist. 6. Glossa finali, de hac re dubitasse, cum præter id quod jure expressum est, & colligitur ex dicto Capitulo, Quorumdam, tradant communiter Canonistæ, Decius in C. In præsentia, de probationibus, nu. 268. ubi refert Feliosum, Angelum, Alexandrum, & alios, quos potuit videre Navarrus, eisdem ipsum nostram Regiam, & Privilegia, in quibus id expresse decretum, latere.

Hæc ergo Ordines ratione mendicitatis arctissimam paupertatem proficere dicuntur, ut con-

stat ex Cap. Nimis. 2. de Excessibus Prælatorum, ubi tam Minores, quam Prædicatores dicuntur arctissimam paupertatem habere, quia redibus, possessionibus, aliisque immobilibus bonis in communem carent: Et quamvis Prædicatores id non servent ratione sive Regulæ, cum militent sub D. Augustini Regulâ, quæ possessionum Dominionum non interdicit, tamen quia id olim ipsorum Constitutionibus cautum, firmumque erat, ut latè docet D. Antoninus 3. part. tit. 16. Cap. 1. §. 12. omnesque antiqui Scriptores, sufficiens id fuit, ut dicerentur, arctissimam paupertatem servare: paria n. sunt, ut optime docuit Abbas Consto 2. §. num. 3. volumine 2. quod aliqua Religio sit in capax ex Regulâ, & alia ex Constitutione, ut patet ex dicto Cap. Nimis, tamen post Concilium Tridentinum, quod Sess. 25. de reformatione Regulâr, 3. C. fecit capaces bonorum in communi omnes Regulares, exceptis Minoribus de observantia & Capucinis, fere omnes Ordines Mendicantes, ab illâ strictissimâ paupertate recesserunt, exceptis nostro Ordine, & Societatis Jesu, quo ad domos professas, ut patet ex sexta parte Constitutionum hujus Ordinis Cap. 2. §. 2. Quorum Ordinum statuta etiam post Concilium Tridentinum confirmata sunt à Sede Apostolica. In his igitur Religionibus & in aliis (si quæ sint) major vel minor incapacitas pensanda erit ex propriis unicuique Constitutionibus. Cautum præterea est Privilegiis Pontificum, ut & illi Ordines, qui olim erant Mendicantes, eisdem hodie possessiones, & redditus annuos habeant, Mendicantium nomen & Privilegia non amittant, quod etiam de jure communi olim observabatur, ut tradit Felinus, in Cap. In præsentia de probationibus.

Ratione igitur hujus arctissimæ paupertatis, ceteris paribus, Religiones Mendicantes, quæ illam in effectu servant, aliis perfectiores sunt, si arctissima hæc paupertas ex se laudabilior est, & majora removeret impedimenta ad perfectionem comparandam. Dixi, ceteris paribus, paupertas, quia in aliis Ordinibus, respectu proprii finis, aut aliarum circumstantiarum fortè perfectior, & laudabilior erit possessiones & mobilia bona possidere, ut rectè notavit D. Thom. 2. 2. q. 188. art. 7. & Cajetanus ibidem.

Inter Religiones autem, quæ in communi, de hoc nec mobilia bona, nec redditus possident, duo sunt gradus teste D. Antonino. 3. part. tit. 16. Cap. 1. §. 12. in fine. Primus est, renunciare ipso effectu, tam mobilibus, quam immobilibus, exceptis minimis utilibus, sine quibus vita humana sustentari non potest, talis est Religio Fratrum Minorum, & ob id habet aliquid rigiditatis, & anxietatis, cum omni die oporteat corporalem victum quaerere, quia triticum, vinum, oleum, & denarios etiam per breve tempus tenere non possunt, ut in Clementina, Exivit, de verborum significatione, seu prognis, habetur, & est tenens aliquid in communi, moderatè tamen, quod sufficere possit ad victum & vestitum pro aliquo tempore non prolixo: Et hic status perfectior ceteris, cum nec curam nec sollicitudinem magnam exgat, neque ad sui amorem trahant ea, quæ possidentur, cum usu consumantur. Et talis fuit paupertas primorum Christianorum, ut habetur. 12 q. 1. C. dilectissimus. Et definit Joan. 22 in Extravag. Cum inter nonnullos, de verborum significatione. Et in Extravag. & 10. pag. 199.

LESU

Spirit. II

Pauper-
tas Car-
militarū
Discal-
ceatorum
qualis sit.

pag. Quorundam, eodem titulo. Talis fuit olim, ut inquit Antoninus, paupertas Ordinis Prædicar. Et talis hodie est nostræ. Religionis paupertatis usus.

Ultimo tandem notandum erit, quod cum dicimus Religionem habere in communi immobilia, sive mobilia bona, non ita intelligendum est, ut singuli Religiosi sint domini aliquotiarum partium; vel ut solet esse fundus communis pluribus hæredibus æqualiter institutis, vel emptoribus ex æquo pretium conferentibus, sed intelligendum est, esse communia universis, ita ut singuli Regularium non habeant dominium alicujus partis illorum bonorum, sed tantum quod omnes collectivè sumpti, qua ratione dicuntur Communitas sive Conventus dicantur Domini illorum bonorum, ut resolvit Felinus, & post eum Navarr. Commentario 2. de Regularib. num. 8.

CAPVT II.

Ordines Mendicantes posse ex vi Iuris hæreditatem saltem quoad pretium, & æstimationem capere.

Magna fuit olim controversia, An Ordines Mendicantes possent Religiosorum Indigentium hæreditatem acquirere. Et pro parte Negativa, urget efficax argumentum. Quia Mendicantes ideò dicuntur, quia prædica, & alia immobilia bona non possunt habere; sed in hæreditate sæpe immobilia bona reperiantur, igitur eis non licet hæreditatem capere. Nec valet solutio eorum, qui dicunt posse capere, dummodo statim reddant immobilia bona, quia pretium generaliter succedit loco rei, ut habetur, Quia pretio ff. de usuris. Quare Religio, quæ est incapax rei, erit etiam æstimationis & pretii. Quo argumento permotus Archiepiscopus in Cap. de viduis. 27. quæst. 1. affirmavit id non licere.

Secund. Quia tot possent esse bona in hæreditate acquisita, ut præberet eis congruam sustentationem, & desinerent esse Mendicantes. Et confirmatur, quia si non possunt habere dominium immobilium bonorum in communi, nequeunt etiam esse hæredes, quia dominium transit in hæredes, & in hæreditate veniunt tam mobilia, quam immobilia bona, ut dictum est.

Pro Resolutione oportet annotare imprimis, tria posse Ordinum Mendicantium genera distingui; Primum est eorum, qui post Concilium Tridentinum, possessiones, aliaque bona immobilia retinent, quales sunt Fratres Ordinis Prædicatorum, August. & forsitan alii. Secundum eorum, qui post Concilium Tridentinum adhuc vel ex vi Regulae, aut propriarum Constitutionum; immobilia bona etiam in communi non possident, hujusmodi sunt nostra Discalceatorum Reformatio, & Religio Patrum Societatis JESU, saltem in domibus professis, licet nos, ut & Anton. habendo proprium ex vi Regulae ad arctissimam teneamur paupertatem, Tertium eorum,

qui ex Regula & Constitutionibus arctissimam etiam in communi proficuntur paupertatem, quales sunt Fratres Minores de observantia, & Capucini.

De his igitur tribus generibus Religiosorum speciatim oportet examinare, an possint succedere in bonis Monachi professi, qui ante professionem non fecerunt testamentum, vel alio modo possint institui hæredes. Sed antequam nostram sententiam statuamus, oportebit prænotare Concilium Tridentinum. C. 3. sess. 25. de Reformatione concessisse Omnibus Monasteriis, & omnibus tam virorum quam mulierum, etiam Mendicantium, exceptis domibus Fratrum S. Francisci Capucinatorum, & eorum qui Minorum de observantia vocantur, etiam quibus ex Constitutionibus suis eras prohibuitur, aut ex privilegio Apostolico non erat concessum, ut divites bonorum immobilium possidere liceat. Hactenus Concilium. Hac Concilii indulgentia usi sunt aliqui ex Ordinibus Mendicantibus, qui tenent nomine, & privilegiis Mendicantium annuos redditus, & immobilia bona possident, ac si Mendicantes non forent. Et de his nulla est controversia, eodem n. jure quantum ad capiendam hæreditatem censendi sunt, ac alii Ordines non Mendicantes; alii vero Concilium Tridentinum permissioni renunciantes, arctiori se vinculo paupertatis obstrinxerant, de quibus quarimus quo casu possint capere ex testamento, vel Hæreditate, vel pia legata.

Prima Conclusio, Fratres Minores, tam Capucini, quam de observantia nuncupati, nulla ratione sunt capaces successione hæreditarie, quia id expressè prohibuitur in sua regula. Et in Cap. Exiit. 8. porro, & sequentibus, de Verborum signif. in 6. & Clementina, Exiit. 8. Capientes eodem titulo, & omnes Scribentes in C. in præsentia, de probat. & etiam Navarr. Comment. 2. de Regul. n. 50. & 54. & P. Emm. Rodrig. Tom. 2. q. reg. q. 78. art. 1. 2. & 4.

Sed, an Fratres minores saltem possint capere hæreditatem, ut eam vendant, vel saltem quod illis debeatur æstimatio hæreditatis, majus dubium est. Et quamvis Bartolus in Tractatu Minoritarum existimaverit debere ipsi hæreditatis æstimationem ab adeptibus hæreditatem solvendam, contraria tamen sententia verior est, quæ colligitur expressè ex Clement. Exiit. in quâ decretum Fratres Minores, successione, (quæ ex natura sua indifferenter ad pecuniam, & ad alia mobilia & immobilia bona extenditur) considerata putatur hæ professionis, nullatenus esse capaces. Ubi expendenda est illa particula (nullatenus) quæ verè excludit omnem successione modum, sive capiendæ æstimationem ab adeptibus hæreditatem, sive ipsi statim vendant bona ad se delata, nam dictum isto (nullatenus) vel alia similis excludit omnem dispositionem, ut nota Glossa in Clem. ut li. de atate & qualitat. verbo (nullo modo) ut optimè docuit in hoc proposito prædictus Emmanuel Rodriguez d. art. 2. Ex quibus ipse inferit art. 3. quod si Fratres Minores instituatur hæredes, nulla facta substitutione, testamentum sit futurorum nullum, & ex consequenti hæreditas pertinet ad ex heredes venientes ab intestato.

Inferit deinde fidei commissum universale inferant non posse Fratribus Minoribus relinqui, quia tur-

præterquam quod id expresse caveatur d. Clement. Exiit §. quia ego, ratione ipsa constat, quia fideicommissarius universalis est hæres in effectu, ut habetur l. qui 40. ff. ad Trebellia. Dixi, fideicommissum universale, ut cum prædicto Authore non excludam fideicommissum particulare, quod Fratibus Minoribus relinqui potest, & peti à Syndico, ut Fratrum necessitatibus subveniat.

Tertio infert prædictus Author Fratres Minores posse institui hæredes cum clausula appositâ, quod pro eorum necessitatibus vendatur dicta hæreditas, & in eorum usum convertatur, quia ex mente Bart. in Tractatu Minoritarum lib. 1. licet talis dispositio defuncti in rigore non teneat, quoad hæredis institutionem, cum Fratres Minores sint petitus incapaces, testamentum tamen validum est quoad causam piam ibi appositam, ut scilicet hæreditas vendatur & convertatur in utilitatem Fratrum: quia quamvis regulariter testamentum sine speciali hæredis institutione sit nullum, fallit tamen in piis causis, quia tunc sufficit hæreditatem ad piam causam relinqui, v. g. pro Ecclesiis construendis, pro redemptione captivorum, pro alimentis pauperum & similibus, Argumento l. si quis, C. de Episc. & Cler. quia in eo casu Episcopus vel Republica representat personam hæredis, quod sufficit, ut testamentum non invalidetur.

Addit tamen præfatus Author ex mente Bartoli, eâ limitatione esse intelligendam prædictam sententiam, casu, quo quantitas relicta testamento, non sit adeo magna, ut videatur in fraudem facta paupertatis, sed tantum sit ad sublevandas Fratrum necessitates, præsentis vel breviventuras; si verò Fratres non expresse instituantur hæredes, sed alius, qui debeat hæreditatem ipsam vendere, ejusque pretium in Fratrum necessitates expendere, hoc nullo jure videtur Fratribus prohibitum; quare licet hoc poterunt acceptare, modo quantitas non sit immoderata.

Secunda conclusio: De Religiosis mendicantibus, qui post Conc. Tridentini decretum renunciarunt immobilium bonorum possessioni, judicandum erit, quantum ad successionem in hæreditate, secundum eorum Regulam & Constitutiones; quare illi, qui propriis Constitutionibus non prohibentur, possunt imprimis, ut communis sententia tenet, succedere ingredientibus Religionem ab intestato, & capere quamcumque hæreditatem, etiam in immobilibus bonis, non ut retineant, sed ut vendant, & pretium in suas necessitates convertatur, ita tenet Glossa verbo (domum) in C. unico de religiosis domibus in 6. quam singulariter & communiter receptam affirmat Navarrus d. n. 5. Decius in C. in præsentia, de probat. n. 270. Felinus n. 50. allegans illam glossam, ut ordinariam & solemnem. Tenet præterea hanc sententiam Panorm. in d. C. in præsentia, & latè Conf. 28. vol. 2. n. 3. Cardinalis Conf. 104. & Calderinus in Tractatu de testam. Conf. penult. & inter omnes optime Baldus in Authent. Egressi C. de sacrosancti. Ecclesiis, & C. cum causa, de rejudicata. Bartolus in l. apud Julianum, §. si periculum, de legat. 1. Et præter præfatos tenet Sylvester verbo hæreditas n. 10. ubi ait indubitanter in aliis Religionibus mendicantibus, præterquam in Ordine Minorum succedere monasterium in bonis ingredientis Religionem,

Thom. à Jesu Oper. Tom. 1.

& idem est in aliis hæreditatibus sibi relictis dummodo immobilia bona vendantur statim: ratio est, quia ut ait Baldus in C. cum causa, verbi quæro, de rejudicata, dominium momentaneum regulam non infringit Argum. l. fin. de bonis quælib. quæ ratio placuit omnibus Authoribus supra citatis; quare licitum est Mendicantibus, per breve spatium retinere immobilia bona, dummodo ea statim vendantur.

Secundo probat Panorm. d. Conf. 28 quia cum statuta sive regulæ prohibentes possessionem bonorum immobilium, sint stricti juris, ut notatur in C. in nostra, de injuriis, debet strictè intelligi. Quare etiam si prohibeant simpliciter possessionum retentionem, atque reddituum, non videntur prohibere id quod alias à Jure concessum est, scilicet hæreditatem, & bona ingredientium capere, saltem, ut vendant ea, & ex eorum pretiis suis necessitatibus subveniant.

Tertio quia Mendicantibus possunt fieri legata, etiam de immobilibus bonis, dummodo ea vendant, ut infra dicemus; ergo etiam hæreditas potest relinqui: quia in ratione retentionis immobilium bonorum nulla est major ratio de legatis, quam de hæreditate. Advertunt autem omnes prædicti Authores, quod in alienatione bonorum istorum, non requiritur ea solemnitas, quæ est necessaria in alienatione aliorum bonorum monasterii, cum illa alienatio fiat ipsâ lege jubente, & necessario ratione sui status fieri debeat.

Præterea advertunt debere implorari Judicis officium, ut illa benè vendantur, & eorum pretium convertatur in proprias necessitates. Ulterius adnotandum est, non obligari Mendicantes, statim bona hæreditate acquisita vendere, sed posse congruum tempus, & commodam opportunitatem expectare, dum non sit diuturna expectatio, ut notavit D. Antonin. d. part. 3. tit. 16. C. 1. §. 12. Si tamen bona ingredientis, ea conditione sibi essent collata, ut non alienentur, adhuc existimat Sylvester ubi supra securus Joan. Andr. pertinere ad monasterium in casu, quo prohibitum esset alienare bona in fraudem monasterii: nam si alio honesto sine factam fuisse prohibitionem constaret, tenet quod non pertinerent ad monasterium, quamvis quocumque modo ad eum pertinere docuerit August. Beronius, Cap. in præsentia num. 554. de probationibus.

Ex dictis igitur (ut breviter omnia perstringam) facile erit discernere, quantum actinet ad jus successionis, inter tria illa genera Mendicantium Ordinum, de quibus in initio hujus capitis. Nam primum genus, eorum scilicet qui post Concil. Trident. decretum, retinuit Mendicantium nomine, bonorum immobilium possessione gaudent, eodem jure succedunt, ac alii Ordines non Mendicantes.

Secundi vero generis Religiosi in hoc à primo descrescant, quod eorum monasteria omnia vel saltem aliqua in communi possessionibus, redditibus, & aliis immobilibus bonis carent, vel ex vi Regulæ, vel propriatum Constitutionum, & hoc sufficit, ut re ipsa vere dicantur & sint mendicantes, licet possint ex Testamento capere hæreditatem ingredientiam: sunt tamen gradus inter hos, aliis quippe suis Constitutionibus prohibetur, jure hæreditario succedere in bonis

LII ingre-

LESU
Spirit.
II

Doctrina
tradita
applicatur
supra
dictorum
Religiosorum
generi.

De legatis, & annuis redditibus Mendicantibus relictis.

ingredientium, & hi non possunt succedere monachis professis, si in eadem professionem emiserint, neque post emissionem poterit monasterium succedere in bonis, quæ iure hæreditario monachis aliis competebant, possunt tamen institui hæredes, & his duobus casibus, exceptis, eandem actionem habent ad monachorum bona ac ceteri Ordines non mendicantes, saltem in his, in quibus propriis Constitutionibus non ardeantur. Huiusmodi igitur paupertatem in communi servat Congregatio nostra Hispania Ordinis Carmelit. in Italica vero Congregat. licet monasteria non possint immobilia bona, sive annuos redditus possidere, tamen non ardeantur à successione hæreditaria, neque ullo alio modo sunt incapacia hæreditatis. Deinde illud etiam videtur commune Ordinibus 2. generis, quod ad eundem hæreditatem, debent immobilia bona intra breve tempus vendere, vel applicatè aliis monasteriis sive Collegiis capacibus possessionem & redditum, quamvis non omnino deroget mendicanti, si possessionem aliquorum bonorum immobilium in mediocri quantitate retineant, vel pro functione aliqua obeunda, v. g. pro Grammaticæ prælectione, vel si per modum Capellanæ annuis redditibus fruuntur, dummodo ii redditus non auferant mendicantem.

Tertii autem generis Religiosi, quales sunt Minores de observantia, sive alii, qui strictius B. Francisci Regulam profitentur, qui à Concil. Trident. comprehenduntur nomine *Capucinarum*, non possunt succedere monachis iure hæditatio, nec absolute institui hæredes, neque si instituantur, capere ex testamento æstimationem, nisi in casu, quo apponeretur illa clausula, de qua in principio hujus capituli.

Dubij occurrentis solutio.

Dubium tamen aliud oriri potest, an Religiosi mendicantes, qui ratione suæ Regulæ sive Constitutionum incapaces sunt acquirendi hæreditatem, si eam vel aliquid aliud contra Regulam & Constitutiones acquirant, peccent mortaliter, & teneantur bona sic acquisita restituere, loquor in casu, quo eorum Regula vel Constitutio non obliget sub peccato mortali.

Resp. certum esse ibi & peccatum mortale, & injustitiam intervenire, ac proinde oriri obligationem restituendi; Ita expressè & late resolvit D. Antoninus 3. parte, tit. 16. Cap. 1. §. 12. & 13. Navarra in simili casu lib. 3. de restit. Cap. 1. num. 185. & sequentibus. Et ratio est, quia Prælati vel Conventus talem hæreditatem capiens, peccat contra votum paupertatis, cum voverit servare paupertatem secundum Constitutiones Ordinis; ac una ex Constitutionibus est, hæreditates non capere; igitur facit illud contra votum. Præterea confirmatur; quia tunc peccat quis contra paupertatis votum, cum aliquid sine licentia iusta recipit; sed Superior vel Conventus talena hæreditatem acceptans, illam sine licentia iusta recipit; igitur peccat contra paupertatem, & præterea contra iustitiam, quia lædit jus tertii, ad quem illa res, vel hæreditas pertinet; si verò non fiat injuria tertio (quod in aliquo casu posset contingere) tunc tantum peccabit contra paupertatem.

Hoc commune semper fuit omnibus Ordinibus Mendicantibus, etiam Minorum, legata sibi in testamentis relictæ capere posse. Quod si bona immobilia legentur, eadem vendere, & exurgens ex eis pretium, suis necessitatibus accommodare. Hoc assertum à fortiori patet ex dictis C. præcedenti, nam si hæreditatem possunt acquirere, poterunt etiam & legata, & de Fratibus Minoribus, nisi legatum sit magne æstimationis, ita ut videretur in fraudem legari; si tunc per viam legati relinquere quod hæreditate, cuius sunt incapaces, relinqui non poterat. tenent Bartolus in *Tract. Minoritarum*, Ancharranus in *Clem. Exivit*, & Baldorus *Autent. ingressi C. de bonis qua liberu*, quos citat & sequitur Felmus, in *Capite in presentia, de probat. num. 52.* & Decius in *dicto Cap. num. 274.* Sylvester verbo, *legatum, secundo num. 3.* & colligitur ex *Clement. Exivit §. non licet, de verb. signif. traditque late Corduba Cap. 6. in Reg. B. Francisci. quest. 11. Dummodo (ait) talia legata relinquuntur modo non incongruo suo statui, & in quantitate moderata sive fraude. Et ratio est, quia legatum est donatio, seu elemosyna testamento relicta, & sic potest ab eis acceptari, non verò hæreditas, quia cum hæreditate transit jus successionis, Minores autem sunt incapaces & quicunque juris. Dixi, *dummodo legata relinquuntur non incongruo*, id est, contra votum Regulam, ut si quis legaret Fratibus Minoribus vineam vel agrum, ea conditione, ut illa excolant, valeret legatum, ut declaravi Nicolaus III. apud Cordubam, ubi supra.*

Addidi etiam, *in quantitate moderata sine fraude*, quia non possunt habere legata in quantitate excessiva, sed tantum quatenus egent, ad expendendum in usus modestos, non verò ad provisionem in futurum, ne per illa legata auferatur mendicitas. Neque etiam possunt accipere legata magna, quæ probabiliter facta videntur in fraudem hæreditatis, ut decernitur in *dicta Clem. & tradit late Corduba, ubi sup. punct. 3.*

Sed dubium est, an valeat legatum de annuis redditibus, Mendicantibus relictum? Vera est sententia, tale legatum non valere, si Fratibus Minoribus relinquantur, quia annui redditus inter immobilia computantur, ut patet ex *dicta Clem. Exivit, §. nec licet*, versic. *cumque annui redditus inter immobilia computentur* &c. ideoque non possunt hos redditus habere, quia possent auferri mendicitas his redditibus. Hæc sententia communiter est ab omnibus recepta. Videnda est Glossa in *dicta Clementina*, *Exivit, verbo, cumque annui redditus*. Si verò de cæteris Mendicantium Ordinibus loquamur, an valeat, judicandum erit ex eorum Constitutionibus, ex quibus major vel minor capacitas Mendicantium post Concilium Tridentinum mensuranda erit.

Sed, an fieri possit, ut quis testamento suo Petrum hæredem instituat ea conditione, ut aliquid annuum Conventui Mendicantium reddat in perpetuum? In hac re primò certum est, quod

Quel b. c. de leg. 2. §. annui redditus

quod si prædicti annui redditus relinquatur ad certum usum cultus divini, puta ad reparanda Ecclesiæ ornamenta, aut ædificia, vel pro vino ad missæ sacrificia peragenda, hostiis, oleo ve lampadarum, aut pro similibus, legatum valere, ut docuit Glossa nuper adducta, quod probat ex Cap. nimis 1. de testamentis, & Ancharantus dicta Clem. Exivit. Sylv. verbo legatum 2. n. 4. Angelus verbo legatum 1. n. 5. & Corduba ubi sup. resolvit etiam valere prædictum legatum in Fratribus Minoribus, dummodo serventur duæ prædictæ conditiones supra appositæ.

Secundo existimo, si illud legatum relinquatur pro victu, aut vestitu, aut indistinctè pro necessitatibus Fratrum (si tamen pro modico tempore relinquatur) tunc valere etiam dictum legatum, ut tenent prædicti Authores, cum prædicta Glossa verbo, annui redditus. Modicum autem tempus dicitur decennium, ut tenet ibi Glossa ex Clem. 1. §. fin. de verbis Eccles. non alien. Ratio est, quia per hoc legatum non tollitur ab eis mendicitas, sed sublevatur, quod etiam in Fratribus Minoribus obtinere, prædicti authores faciunt, & ultra hoc temporis spatium possent etiam legatum relinquere hac via, pura, quod legatum daretur certis Fratribus pro eorum necessitatibus, tunc enim legatum esset firmum pro vita illorum Fratrum, quibus relinqueretur, nec diceretur legatum perpetuum, cum eorum morte exingeretur, idque assero ex mente prædictæ Glossæ, verbo, cumque annui redditus, & communis sententiæ; si vero hæreditas, annui redditus, aut legatum, relinquantur alicui hospitali, vel Communitati, cum onere, ut dent annuos redditus Mendicantibus, tunc etiam valet legatum. Ita tenent D. Antoninus 3. parte titul. 16. Cap. 1. §. 12. Sylv. verbo legatum 2. num. 4. Angelus, verbo legatum 1. num. 5. Tenet Corduba etiam in Fratribus Minoribus, dicta quæst. 11. pun. 3. prope finem. qui omnes tale legatum, non nisi sub hac conditione valere censent, nempe quod Religiosi inde non competat ullum jus civile, perendi tale legatum five annuos redditus in iudicio: Et quod dictum est de istis perpetuis redditibus, à fortiori procedit de illis provenientibus, quos aliquando Domini oppidorum ordinant annuatim Fratribus dari super gabellis iustis.

Nam hi proventus verè sunt elemosynæ, cum sponte & ad beneplacitum dentur & revocentur; ita tenet Sylv. verbo legatum 2. n. 4. in fine & Antoninus ubi supra.

Possunt præterea Religiosi Mendicantes habere anniversaria perpetua sine ulla tamen actione exigendi in iudicio, ita Palud. Sylv. Angel. & D. Antoninus.

Postremo sciendum est, possessiones seu alia immobilia bona Religiosis mendicantibus ideo prohiberi, quia hæc sunt veluti annui redditus virtuales; ut in Clement. Exivit. §. verum, in fine de verb. signific. Et ideo Mendicantes dicuntur, quia eis ad congruam sustentationem, redditus aut possessiones habere eorum professio non permittit, ut habetur Cap. unico, de relig. domibus, in 6. & optime notat Corduba in Regulam B. Francisci Cap. 6. quæst. 10. pun. 2. & 3. Quare si eis dentur, aut alia ratione concedantur similes possessiones eas, vendere tenentur, ut supra dictum est. Hactenus locuti sumus at Thom. à Jesu Oper. Tom. 1.

tento jure communi, post Concil. vero Trident. standum erit Mendicantium Constitutionibus.

CAPUT IV.

Quæ bona sibi relicta possint Mendicantes in iudicio petere?

FRATRES Minores nihil eorum, quæ sibi, vel ex legatis piis, vel alia ex causa obveniunt, possunt judicialiter petere, quia sunt incapaces eorum Conventus cujuscumque juris & actionis civilis, ut sæpe reperitur in Cap. Exiit, de verb. signific. in 6. & Clem. Exiit eod. tit. Docet late Corduba in Regul. B. Francisci Cap. 6. quæst. 11. pun. 4. Episcopi tamen & alii Judices, tam Ecclesiastici, quam seculares possunt ex vi sui officii, nemine etiam hoc procurante, compellere hæredem, vel executores, vel illum, qui ad hoc teneretur, ut relicta Monasterio adimpleat & solvat. Ita tenet Barto, in l. ne quicquam §. fin. ff. de off. Procons. & I. Andreas in Cap. si hæredes, extra de Testam. & Baldus in l. nulli C. de Episc. & Clericis. P. Anchar. in Clem. Exiit, & expressè decernitur à Nicolao III. art. 3. apud Cordubam, ubi supra, imò cui libet de populo competit actio ad hoc, & potest agere, ut legata relicta ad pias causas impleantur, ut habetur in Compendio privilegiorum verbo hæreditas §. fin. & docet Angel. verbo legatum 1. §. 5. & Corduba ubi supra. Per Syndicum vero solent prædicti Fratres sibi relicta vindicare, cum certis circumstantiis, de quibus Corduba Cap. 4. sua Reg. quæst. 16. Et P. Emm. Rodriguez Tom. 2. qq. Regul. quæst. 73. art. primo. Possunt tamen prædicti Fratres simpliciter, extra iudicium favorem Judicis implorare, prædictaque legata tanquam elemosynas sibi debitas postulare, cum hoc modo consulant & voluntati defuncti, & suis necessitatibus, quia aliis executores testamentorum, aut hæredes non possent ad id à Judicibus compelli, nisi Judici de his legatis constaret: quomodo autem possent eis notum esse, nisi Fratres denunciarent?

Porro de aliis Mendicantibus ex mente Sylv. veltri & Angeli ubi supra, distinguendum est. Nam aut eis legantur annui perpetuique redditus, & tunc non possunt civiliter agere, si propriis Constitutionibus, aut Regula veteret ipsis annuos habere redditus, quia cum eis non competat hæc actio civilis, manifestum est ipsos eâ uti non posse, sed tunc hæredes, vel testamentarii compellendi sunt à Judice, qui ratione sui officii potest ipsos cogere, ut legata adimpleant, sicut paulo supra dictum est de Fratribus Minoribus: si vero sint alia legata, vel redditus ad modicum tempus, vel aliarum rerum immobilium donationes aut renuntiationes, possent illarum rerum æstimationem judicialiter petere: Nam cum capaces sint æstimationis & pretii hæreditatis & legati &c. rectè possunt ea civiliter & judicialiter postulare.

Cavendum tamen maxime est viris Religiosis, Judices Sæculares aut Ecclesiasticos, eorumque tribunaia frequentare. Quia ex hoc sequuntur, (ut rectè notavit D. Antoninus) odia, rixæ, & litigia.

Quid de alio Mendicantibus?

Quid de alio Mendicantibus?

Quid illi cavendum?

mendacia, perjuria, detractiones, iniustitia, & ultra istud scandalum commune laicorum, videntur Mendicantes litigare, qui alia consilia predicare non cessant. Et ante ipsum D. Basilium in Reg. fus. disput. interrog. 9. idem suis monachis commendavit: Nec enim (ait) conveniens est decori nostro, si cum iniquis hominibus contendere videamur, aut litigare: siquidem servum Domini non oportet litigare. (Et infra) De his rebus, (loquitur enim de vendendis rebus monasterii) experiri apud iudices exiranos veritates idem Dominus, cum dicit, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et infra docet, quod Religiosi in iudicio non laceffentes ipsi, sed laceffenti autum descendere debent.

Satis contrariis objectionibus. Sed contra hanc decisionem objicies, Religiones Mendicantes non possunt habere rerum immobilium dominium, ut habetur Cap. unico de relig. dom. in 6. etgo nec rei vendicationem, ut probatur ex l. si non in rem, de rei vendic. Hoc argumento motus Beronius in Cap. in presentia, num. 451. secutus Calderinum affirmavit, non posse mendicantes acquirere iure actionis prædicta bona, sed tantum jure æquitatis, quia

æquum est, ut pro alimentis illa bona consequantur, ut ex eor. merito seclant, pro quo citat Gloss. in l. servos, de alimentis & cib. leg. Sed nihilominus à priori sententia non est recedendum; nec argumentum adductum supra, aliquid convincit; nam ut Cap. 2. dicebamus, dominium rerum immobilium Mendicantibus competit, licet non duratum, sed tantum momentaneum, sive per breve tempus, quod eorum Regulam non infringit. Et hoc sufficiens est, ut possit ipsis competere rei vendicatio.

Hæc dicta sunt de illis Ordinibus Mendicantibus, qui post Concil. Tridentinum decretum, arctissimam servant mendicitatem; nam qui in laxiori mendicitate vivunt, tantam habent capacitatem, quantam sibi ipsi propriis Constitutionibus præscripsere. Quocirca consulenda erunt consilia Ordinis statuta; cum etenim ea, quæ de jure antiquo Mendicantibus prohibebantur Concil. Trident. decreto fuerint concessa, non tam antiqui juris Canonibus, quam propriis uniuscujusque Ordinis Constitutionibus standum erit.





A P P E N D I X
D E
P E R F E C T I O N E
V O T I P A U P E R T A T I S.



Posteaquam egi de obligatione quam inducit Votum Paupertatis, non abs re visum fuit, inferre hic Tractatum de alio gradu longe excellentiori, qui quidem obligationem nullam importat, sed potius perfectionem & consilium concernit, dum Religiosos hujus voti exactam observantiam exoptantes ad aptiora huic assequenda eligenda media à Sanctis passim usurpata, mirifice provehit. Non equidem ignoro non deesse quamplurimos, qui ne obligatoria quidem circa votum hoc expleant; uti nec desunt alii, quibus sufficit ipsius substantiam observare, nihil penitus de iis, quæ consilium atque perfectionem tangunt, attingendo; plures tamen reperire est, qui plus quam professi fuerint exequuntur, ac reservatis dumtaxat rebus præcisè necessariis, temporalia cuncta commoda in sacrificium DEO offerunt. Omnibus & singulis non parum hæc proderit Appendix: prioribus confusionem ingeret, dum alios supererogatoria professioni suæ patrare conspiciet, ad quæ ipsi nequam assurgunt: Secundis ad adorienda majora calcar addet, & iter pervium aperiet: postremis instar fulcri cujusdam deserviet, quo conservare se in inceptis & tutari queant. Conducat insuper iis Religionibus, quæ speciali obligatione se ad ea astringunt, quæ in aliis sunt de perfectione Paupertatis.

Porro ex supra sæpe dictis constat, quod duplex est paupertas, alia in particulari, alia in communi, circa utramque explanaturi sumus ea omnia, quæ pro exactæ utriusque observantia facere possunt.

Inchoando proinde ab ea, quæ in particulari est, dico omnibus Religiosis esse commune, nullius rei dominium, vel proprietatem habere posse, unde non datur in hoc major minorvè perfectio, universi quippe æqualiter dominii sunt incapaces; cæterum in usu eorum, quæ sibi ad vitæ sustentationem permissa sunt, hanc majorem seu minorem invenire debemus: per quem intelligo eum, qui necessarius est, & cuique statui cujusque Religiosi decens, de superfluo namque hic non agimus, hunc enim abdicare tenemur ex obligatione, prout fufius in hoc Tractatu conprobavimus.

Loquendo itaque de usu rerum necessariarum, S. Basilii (in Reg. fus. interrog. 39.) declarasse mihi videtur, qualis debeat usus esse penes eos, qui perfectè paupertatem colere volunt. *In omnibus (ait) scopum proprium nobis esse propositum putare oportet ipsam frugalitatem ac vilitatem. Et inter cetera in victu cultuque tenuitatem, & in omnibus rebus frugalitatem ac parsimoniam necessarias esse demonstratum est.* Quod ipsum D. Bonavent. (Cap. 6. Regul. S. Francisci) luculentius & dilucidius asseruit in hunc modum: *Professores altissima paupertatis*

Vid. nost. Francis à JESU MARIA libr. de Excellentia charitatis aliarumque virtutum, qui in 2. part. cap. 6. & seqq. diffusius agit de paupertate professu perfectione, motivis, mediis &c. & Joan. à JESU MARIA in diversis Tractat. Tom. 2. operum suorum.

EN.

oportet, quod omnia, quae in eorum usum veniunt, habeant, ut est possibile, parvitatem, vilitatem & asperitatem, quae tria paupertatem altissimam naturaliter consequuntur, & contra divites habent affluentiam, gloriam, & apparentiam & consolationem, quae possent divitiis comparari. Quia ergo paupertas, in quantum est contraria divitiis, caret his tribus, sic caret divitiis, necesse est ut paupertas altissima, ut est possibile, careat his tribus in summo. Non ergo competit viris pauperibus habere magnas aedas, vel sumptuosa aedificia, aut quaecumque similia, non vasa ornata, non cellaria vinaria, non promptuaria instaurata, sed ut omnia, quantum passitur fragilitas, ad paupertatis strictissimam regulam reducantur.

His verbis indicat S. Bonavent. usum, quem perfecta paupertas exigit, tria exposcere. Primum; parvitatem, hoc est, frugalitatem sive tenuitatem, secundum vilitatem, tertium asperitatem. In duobus primis convenit cum sancto Basilio, ubi sup. quo loco licet non faciat mentionem de tertio, nempe asperitate, crebro tamen alibi facit. Quapropter tres haec conditiones breviter exponere decrevi, quod in ipsis summa perfectio paupertatis in particulari comprehendatur.

Prima itaque conditio illa est, ut pauperes eorum, quae ipsorum usui ferviunt, habeant, quantum possibile fuerit, parvitatem, quod quantumvis de parvitate materiae subinde possit intelligi, nihilominus hic non tam de quantitate rei possessae, quam de parcitate & carentia rerum temporalium, quoad fieri potest, intelligitur, quam Basilius tenuitatem sive frugalitatem appellat, ut in his pauperes à saeculi divitibus fecernantur, qui rerum omnium copiam, affluentiam numerosamque supellectilem possidere contendunt. At contrarium Christi pauper sequi debet, paucissima possidere conando, quoad possibile sibi fuerit, sic ut contentus sit iis, quae praecise necessaria fuerint.

Secundum quod idem S. Bonavent. (in Reg. de reformat. ment.) tradit, Attende (ait) semper, ut nihil habeas in cella, nisi necessaria, & hoc dico de minimis rebus, ne forte negligendo modica, paulatim cadas ad majora. Ait enim Augustinus, vitasti grandia, vide ne obruaris arena. Haec Bonaventura. Huc spectat quod inimicus paulatim suggerit majora, modo Crucifixi imaginem, post alias Sanctorum effigies, deinde thecam scriptoriam cum variis instrumentis vulgò estuche, quae mox subsequitur Horologium, vestimenta superflua, Diurnale, quando sufficit Breviarium, & huiusmodi plura alia.

Præter id quod in superioribus fufius pertractavimus, hoc unum ex D. Bonavent. desumptum adjiciam; ait enim, quod quanto quis perfectius paupertatem amaverit, tanto melius de necessitate iudicabit. Et infra concludit: Ista necessaria sunt, sine quibus esse non possumus. Vide ergo ea, sine quibus esse commodè potes & illa nec habere, nec petere, nec procurare, neque sponte à dantibus recipere velis. Imò S. Franciscus aiebat, quod propositum debemus facere, detrahendi nobis & carendi aliquando rebus etiam necessariis.

Et D. Vincentius (in Tractatu de vita spiritali C. I.) usum necessarium sic definit: Solum districtissime ad necessitatem de ipsis recipiat, quam necessitatem in paucis colligat, sufferendo etiam quaedam incommoda, propter paupertatis amorem. Et infra. Nihil ab aliquo petas, nisi esset necessitas, nec acquiescas dare volenti, quibuscumque precibus etiam sub praetextu, ut indigentibus possis largiri. Et infra. Necessitatem autem tuam intelligo in parco victu, vili vestitu & calceamento, quibus tunc praesentialiter indiges. Ex quibus colligitur primo qualis esse debeat usus Necessarius.

Secundo quantum interfit ad excludendam & exterminandam superfluitatem, ne oblatum quidem à quocumque quippiam accipere. Reductivè spectat etiã ad hunc usum districtum & pauperibus proprium; carere nonnunquam rebus necessariis, si siquidem quibus hic animus non adest, nec id reipsa quandoque comprobant, veraciter pauperes appellari nequeunt, juxta id quod egregiè dicit Bernardus (serm. 4. de adventu) Videmus autem (inquit) pauperes aliquos, qui si

viam haberent paupertatem, non adeo pusillanimes invenirentur, & tristes, utpote reges, & reges cali. Sed hi sunt, qui pauperes esse volunt, eo tamen pacto, ut nihil eis desit, & sic diligunt paupertatem, ut nullam inopiam patiantur. Et verba hæc adduxit S. Vincentius (in lib. de vita Spirit. Cap. 1.) Scio (ait) quod laudabile non est, pauperem esse, sed in paupertate pauperem amare, & paupertatis inopiam propter Christum gaudenter & hilariter sustinere. Proh dolor! multi de paupertatis solum nomine gloriantur: sed quo pacto; ut nihil eis desit.

Secunda conditio, quam D. Bonavent. & Basilius ponunt, est quod habeat vilitatem, & hoc præcipue observari debet secundum Basilius in omnibus quibus Religiosi utuntur, quatenus quemadmodum divites ac potentes sæculi, ex iis rebus quibus utuntur & earum pretio ac valore gloriam occupantur humanam, ita planè pauperes ex vilitate suæ suppellectilis contemptum & abjectionem sui procurare debent; qua de causa, cum propter humilitatem, tum propter Paupertatem statuere Sancti & Institutores Religionum, ut Religiosi vestibus vilioribus uterentur. S. Basilius (In reg. fusior. interrog. 22.) Prorsus & humilitatem & in victu tenuitatem cultuque & in omnibus rebus frugalitatem ac parsimoniam necessarias esse superius demonstratum est. Et infra nimirum ad eosdem quoque fines dirigendum nobis est quidquid ad vestitum etiam pertinet; si enim in eo studendum est nobis, ut omnium infimi simus, sine dubio & quod in hoc genere indumentorum infimum est, summopere nobis est amplectendum. Idem ait (in Institut. Monachorum.) Iam de vestimentis & calceamentis &c. non ea exquirenda nobis sunt, quæ sunt elegantiora, sed quæ viliora, ea deligenda. S. Benedictus (in sua Reg. c. 55.) tractans de vestimentis inquit: De quarum omnium rerum colore aut grossitudine non caudentur Monachi, sed quales inveniri possunt in Provincia in qua habitant, aut quod vilius comparari potest. Nec quispiam nescit quantam in Religiosorum suorum vestibus vilitatem apparere voluerit S. Franciscus.

Divus Thomas (2.2 q. 187. art. 6.) affirmat vestium vilitatem esse signum contemptus divitiarum, & denique Bernard. Ser. in Cena Domini ait; Secundum ferculum est paupertatis spiritualis, quam tria constituunt depositio rerum, & contemptus earum, vilitas &c.

Tertia & ultima conditio est quod utensilia habeant asperitatem, quia cum Religio tota, vel maxima ex parte huc dirigatur, ut præteritas culpas satisfaciendo redimat, & ob id schola sit pænitentiae & victus severioris, in ea potissimum hæc asperitas in paupertate inveniri debet; hæc quippe præter multa incommoda affert etiam multas molestias in cibo, vestitu, victu & reliqua suppellectili, quæ ad hanc peccatorum expiationem mirificè juvant, & hoc ipsum est, quod inquit S. Vincentius ubi sup. Dicunt se amicos paupertatis, sed paupertatis Sodales fugiunt famem, sitim, contemptum, despectionem, velutique divites & abundantes in sæculo, luxui & pompis solatia & oblectamenta copulare satagunt in omnibus rebus suis, ita prorsus ipsi pauperes asperitatem ac pænitentiam vilitati conjungere debent. Hæ sunt conditiones quas exigit necessarius usus, penes eos, qui perfectè votum paupertatis cupiunt observare. Unde liquet non omne id, quod minoris constat, esse magis paupertati proximum, nam fortasse carnes manducare, vestiri panno, & his similia minus constaret; sed itaque necessarium, quod una cum exilitate pretii, adsit rigor pænitentiae &c.

Nec vero istud sufficit, sed insuper perfectio necessario postulat, ne de his quibus necessario opus habemus, non nisi de expressa Prælati venia utamur, nolendo uti præsumpta & tacita, quantumvis minimæ res forent, & quando particularem pro singulis rebus veniam habere possumus, non procurare generalem: Pertinet similiter ad paupertatem non petere licentias pro certis temporibus, quin potius promptum esse jugiter & paratum ad hoc, ut ea, quorum usu fruimur, continuo Superiori tradere; & ut ait S. Vincentius, con-

tentum esse rebus iis, *quarum usum praesentialiter indiges*. Multa alia dici possent, quae ad perfectionem paupertatis particularis pertinent, verum quoniam intentum meum non est de iis fusius loqui, quae ad Theologiam moralem reduci queunt, ipsa libris piis & spiritualibus edisserenda relinquo.

De paupertate, quae est in communi, bifariam agere possumus, vel habito respectu ad fines particulares cujusque instituti, secundum quod in quinta Parte hujus Tractatus egimus, vel absolute & simpliciter. Nos indiscriminatim utroque hoc modo procedemus, ut Religiosus quilibet, juxta suum Institutum, his mediis ad illud ad amussim observandum uti possit.

Supponendum idcirco ex dictis *Cap. 1. quintae partis* hujus Tractatus binos esse paupertatis gradus, ut testatur D. Antoninus *3. parte tit. 16. c. 1.* Primus est renuntiare omnibus, exceptis his, sine quibus vita humana sustentari non potest.

Secundus est retinere aliquid in communi cum tali moderatione, quod possit ad victum & vestitum pro aliquo tempore non tamen prolixo sufficere. In quolibet horum statuum illa erit perfectior paupertas, quae intra decorem status cujuscunque Religionis majori frugalitate ac viliori suppellectili eorum, quae in communi possidentur, fuerit contenta; nam si paupertas in particulari eo perfectior est, quo singulorum usus majori parvitate, vilitate ac asperitate fuerit praeditus, cur idem sentiendum non sit de paupertate in communi, ipsique aptanda ea, quae nuper de paupertate in particulari diximus. Quare optime D. Bonav. *ubi sup.* ex illis conditionibus, quae circa usum arctissimae paupertatis ab eo fuerant adductae, circa paupertatem in communi his verbis colligit: *Non competit viris pauperibus habere magnas aedas, vel sumptuosa aedificia, aut quaecumque similia, non vasa ornata, non cellaria vinaria, non praeputaria instaurata, sed ut omnia, quae compatiuntur fragilitas ad paupertatis strictissimam regulam reducantur.* Praeterea ibi perfectius paupertas observatur, ubi non solum jure haereditario, verum nec alio titulo haereditates acceptantur: & licet nulla sit Religio, quae eleemosynam legato relictam capere non possit, illa tamen, quae eleemosynas perpetuas etiam quovis jure relictas, nec legata in magna quantitate admittit, & insuper ad res sibi relictas jure civili, ut sibi debitas jus non quaerit, perfectior ex hac parte erit aliis Religionibus, in quibus tam arcta paupertas non custoditur.

Ex quo colligitur primo, ad perfectissimam observantiam paupertatis in communi, maxime conducere strictissimam singulorum Monasteriorum paupertatis observantiam; alias si rebus affluere, pretiosasque suppellectiles habere velint, nec quidquam ex iis, quae ad decentiam sui status pertinent, paterebuntur deficere, paupertatem in communi diu consistere ferè est impossibile.

Secundo id maxime in Religione ad hujus paupertatis observantiam confert, adniti ad hoc, ut suppellectiles caeteraque ad communem usum Monasterii deservientia, non sumptuosa, non pretiosa, nec superflua sint, qualia sunt aedificia templorum & Monasteriorum, ornamentorum apparatus, & plura alia, quae sub praetextu Religionis & cultus divini inter Religiosos solent introduci; impossibile namque videtur eleemosynas tot sumptibus, & insuper tot expensis, quot quotidiana Religiosorum sustentatio postulat, suppeditare. Et licet ad aliquod temporis spatium (non tamen absque grandi labore & diligentia) id videatur posse fieri, ad longum tamen tempus est impossibile; quapropter pedetentim vel paupertatis cultus intercidet, vel Religionis, clausurae inquam, quietis ac recessus Religiosorum. Et principalior occasio, ob quam Ordines mendicantium sibi de rebus ac possessionibus providere coeperunt, alii quidem manifestè & palam, alii autem variis titulis ac palliationibus, fuit haec,

hæc, voluisse unà cum paupertate in communi, tam sumptuosa ædificia, tam pretiosas sacrarum vestium ac sacristiæ apparatus, aliosque excessus sociare, qui tamen cum mendicitatis ac paupertatis professione stare nec se compati valebant. Et quoniam de isto fufius 4. parte hujus Tractatus actum est, in præsentiarum prolixior non ero.

Tertio, Mirum est, quantum ad paupertatis in communi custodiam profit paucos in quolibet Conventu esse Religiosos: ita factitatum legimus in Historiis S. Francisci, ipsum nimirum hoc mandasse, & stabilivisse, eo potissimum fine, ut exactius & melius paupertas facta tecta conservari posset. Nec profecto obscurum est posse Religiosos, quando sunt numero pauci, facile sustentari, habitaque de certa alimonia securitate, nulla ipsis distractionum, aut possessionum quærendarum occasio suppetit, nec aliorum redituum sub eleemosynæ colore.

Quarto, Ea paupertas, quæ opere manuum seipsam fovet, firmior est & magis diuturna, quam quæ mendicitate sola fulcitur; cum namque lapsu temporis Fidelium charitas refrigescat ita, ut eleemosynas non erogent, lassantur ac verecundantur Religiosi; quo fit, ut victum ac vestitum alia via conquirere satagant, mediis videlicet reditibus &c. proinde via illa tutior est, quam tenuere SS. Patres in Ægypto, sustentare nempe seipsos opere manuum suarum; verum hoc minus in Europa usitatum.



VENE-